Huius temporibus Ixit quarto explicito anno ab hac luce migravit, fratri Regnum relinquens Yscam nomine, & post fratrem natum proprij seminis adsciscens, nomine Alulit, qui Yscam primordia suæ potestatis, in Æra DCC. LXI. anno Imperij Leonis iam dicti penè iam. V. Arabum CVI. fatis modestū ostendens, nonnulla prospera perduces exercitus à se missos in Romania terra, & Pelago gessit; in occiduis quoq; partibus prope nichil clarū peregit. Deinde cupiditate præreptus, tanta collectio pecuniarū perduces Oriēte, & Occidente, ab ipso missos, est facta, quanta nullo vnquam tempore in Reges qui ante eum fuerant extitit congregata. Vnde non modicè populorum cateruæ cernentes in eo improbā manere cupiditatem, ab eius ditione suas diuidunt mentes, vbi non modica strage per tres fere, & quatuor annos ciuilitate facta,

eta, vix suæ potestatis prouintias perditos reformauit.

Huius tempore in æra DCC. LXVI. an. Imperij eius X. Arabum CXI. Iscam VI. Odiffa vir leuitate plenus, auctoritate à duce Africa no accepta, qui sorte Hispaniæ potestatem semper à monitu principis sibi gaudet fore collatam per sex menses. Absque vlla grauitate retemptans, præpaucitate regni nichil dignum aduersumque ingeminat.

*Æra 767.
Abuman
regit Hispaniam.*

Per idem tempus ad regendam Hispaniam in æra DCC. LXVII. an. imperij eius XI. Arabum C. xii. Iscam VII. Attumanaba Africanis partibus tacitus properat, qui dum quatuor per menses alium sustentando honoribus inflat Alcutam ob Hispaniam regendam strenuè, Sigillum, vel auctoritatem principale, à suprafatis partibus missam, patenter demonstrat, atq; dum decem per menses turbidus regnat, nescio quo astu nonnullos Arabas se male regno deijcere illicò inuestigat, vnde & illos comprehensos, aliquandiu diuersas rebellionis occasiones flagellis extorquens, vt clam iussus ab emulis transmarinis fuerat penas inferendo, postremo capite truncat; inter quos Zat Sarraceno-rum genere plenum facundia, clarum atq; diuersarum rerum opulentissimum dominum pena extortum vel flagris illustum, atq; colaphis cesum, gladio verberat, qui non per multos dies ad petitionem gentis eorum quorum sanguinem fuderat, à Libiæ partibus principaliter monitus Mæmet, mittitur Sarracenus cum relatione auctoritatis absconsa, vt Abderramam in eius loco absq; cunctatione maneat, prorrogat. Sed vbi sedem Cor-

dubensem Mæmet addidit turbidus Abderraman exemplo nec dum repertus statim Aleutam à Mæmet rigide extatcomprehensus; quem dum in carcere nequaquam impunitum sufferret positum, nec mora fortiter flagellatum turpiter adiudicatum, capite decalatum asino pompizantem post terga facie per plateas detrahunt, manibus post tergum vinctum; vel Cathenis ferreis alligatum, atq; non post multos dies duci Africano, qui hoc vt ferunt clarè iter ordinando. Aleutam reddiderat monitum, sub custodia retentatum dirigit presentandum; Deniq; dum quid de eo fieret à regalibus sedibus Regis expectatu styllus, multis sermocinamentibus inuolutus, & diuersis iudicijs impletus, nihil ei inferentes de die in diem euanescendo, per longum euauit tempus; & quia cum Africanis aduentaret partibus Mæmet Alascilla eius vice in loco extiterat positus mense completo.

Abderraman vir belliger in æra DCC. LXIX. an. imperij eius XI. semissario. Arabum CXIII. Iscam VIII. in potestate properat lætabundus cunctis per triennium valde prelatum, cumq; nimium esset animositate, & gloria predictus vnus ex Mauro-rum gente nomine Munuz, audiens per Libiæ fines iudicum seua temeritate opprimi suos; pacem, nec mora agens cum Francis. Tyranidem illico preparat aduersus Hispaniæ Sarracenos; & quia erat fortiter in prelio expeditus, omnes hoc cognoscentes, palatij conturbatur status. Sed non per multos dies expeditionem prelij agens Abderramam supra memoratus rebellem immisericorditer insequitur conturba-

B

tus.

*Anabadus
Episc. illustr.
igne com-
bustus.*

tus. Nēpe vbi in Cerritanense oppidum reperitur vallatus, obsidione oppressus, & aliquādo infra muratus iudicio Dei, statim in fugam profiliēs, cedit exautoratus; & quia à sanguine Christianorū, quem ibidem innocentē effuderat, nimium erat crapulatus, & Anabadi illustris Episcopi decore iuuentuis procreitatem quā igne concremaverat, valde exaustus, atq; adeo ab hoc iā satis damnatus, ciuitatis penitudine olim abundantia aquarū fluētis site preuentus, dū quo auferret nō reperit moriturus, statim exercitu in sequente in diuersis anfractibus manet elapsus, & quia filiam suā Dux Francorum nomine Eudo causā foederis ei in coniugiū copulandam, ob persecutionē Arabum differendā iam olim tradiderat ad suos libitus inclinandā, dum ad eam tarditat de manu persequeutiū liberandam, suam morti debitā preparat animam; Siq; dum eū publica manu insequitur sese in scisuris perarū ab alto pinaculo iā vulneratus cauillando precipitat; atq; neuius cōprehēderetur animam exhalat cuius caput statim vbi eum iacentem repperunt, trucidant, & Regi vna cū filia Eudonis memorati ducis presentāt; quam ille maria transuectans, sublimi Principi procurat honorifice destinandā. Tunc Abdirraman multitudine sui exercitus repletam prospiciēs terram; montana Vaceorū difecās, & frerosa, & plana per calcās trans Francorū intus expeditat, atq; adeo eas penetrando gladio verberat, vt preliū ab Eudone vltra fluuios nomine Garona, vel Dornomiā preparato, & in fugā dilapso; solus Deus

numerum morientium vel pereūtium recognoscat. Tunc Abdirraman suprafatum Eudonē ducem in sequens, dū Turocensem Ecclesiā, palatia diruendo, & Ecclesias vstulando depređari desiderat, cū Cōsule Franciē interioris Austriē nomine Carolum virū ab inuente etate belligerū, & rei militaris expertum, ab Eudone premonitum sese infrontat, vbi dū penē per vii. dies vtriq; de pugne cōflictu excruciat sese postremo in aciem parāt, atq; dū acriter dimicant gentes septentrionales in ictu oculi, vt paries immobiles permanentes, sicut & Zona rigoris glacialiter manēt adstricti, Arabes gladio enecant. Sed vbi gens Austriē molle membrorum prequalida, & ferra manu perardua pectorabiliter ferientes regē inuētū examinant, statim nocte prelio dirimente, despicabiliter gladios eleuant, atq; in alio die videntes castra Arabū innumerabilia ad pugnam sese referuāt: & exurgentes è vagina sua diluculo prospiciunt Europenses. Arabū tentoria ordinata, & tabernaculorū vbi fuerant castra locata, nescientes cūcta esse peruacua, & putātes ab intimo esse Sarracenorū falāges ad preliū preparatas, mittentes exploratorū officia cūcta reppererunt Smaelitarū agmina effugata. Quiq; omnes tacite pernoctando cū eos stricto difugiunt repatriando, Europēses vero solliciti nē per semitas delatescētes aliquas facerent simulatur celatavndiq; stupefacti in circuitu sese frustrare capitant, & qui ad persequentes gentes memoratē nullo modo vigilant spolias tantum & manubias decenter diuisas in suas

*Pugnat.
Charolus acriter cōtra
Sarracenos*

se

Abdilmelc pro Rex Hispanie.

se læti recipiunt patrias. Tunc in æra DCCLXXII. an. Imperij eius XIII. Arabum CXVI. Iscam XII. Abdilmelc ex nobili familia su per Hispaniã dux mittitur ad principalia iussa, qui dum eam post tot, tantaq; prælia reperit omnibus bonis oppimam, & ita floride potest tantos dolores repletã, vt diceres augustalẽ esse Malagranatã, tantã in ea pene per quatuor annos irrogat petulantiam vt paulatim labefactata à diuersis ambaginibus maneat executã. Iudicesq; eius præcepti cupiditate ita blandiendo in eã irrogant maculã, vt non solum ex eo tẽpore declinando extat vt mortua, verum etiã à cunctis optimis manet vsquequaq; priuata, atq; ad recuperandã spẽ omnimode desolata, qui & ob hoc monitus prædictus Abdilmelic ad principalia iussa quare nil ei in terras Francorũ prospẽrũ eueniret, ad pugnaẽ victoriã statim à Corduba exiliens cũ omni manu publica subuerrere nititur Pirenaica in habitantium iuga, & expeditionem per loca dirigens angusta, nihil prosperũ gessit. Cõuictus de Dei potentia; ad quem Christiani tandẽ preparui, pinacula retinentes postulabãt misericordiã, & debita amplius hinc inde cũ manu valida appetẽs loca multis suis bellatoribus perditis sese recipit in plana repatriãdo per deuia. Cui & mox post modicũ in æra DCCLXXV. an. Leonis Imperij XVII. & Arabũ CXVIII. Iscam XV. successor venit nomine Aucupa qui dũ potestate præcelsa, genealogiã, & legis suæ custodiam cuncta tremet Hispania: predecessorem vinculo alligans, iudices ab eo præpositos

Pugnant Sarraceni contra habitatores Pyreneorũ montium.

fortassis hæc expeditio fuit contra Pelagium, & qui in Comadonga se receperunt.

Aucupa alius pro Rex.

fortiter damnat. Certe dũ ceremonias legis exagerat, descriptionem populi facere imperat, atq; exactio nẽ tributi arduẽ agitat; peruersos Hispaniæ vel diuersis vitijs implicatos ratibus appositis maria trãnuolat. Fiscum ex diuersis occasionibus præoptissime ditat, Abstemijs ex omni occulta datione perseuerat, neminẽ nisi per iustitiam propriæ legis damnat: expeditionem Francorũ cum multitudine exercitus adtemptat. Deinde ad Cæsaraugustanã ciuitatẽ progrediens se se cũ infinita clãse apterecepta, sed vbi rebellionẽ Maurorum per epistolã ab Affrica missã subito lectitat, nec mora quanta potuit velocitate Cordubã repedit trãductis promontorijs sese receptat. Arabas sine effectu ad propugnacula Maurorũ mittens, nauibus prestolabiliter aduentatis maria transnatat si quos ex eis con tradictores vel bifarios seu male machinatores aut hereticos quos illi augures vocant, reperit, gladio iugulat. Sicq; cũcta optime disponendo, & trimacrios portus præuigilando proprie sedi clementer se sublimat. Qui & post paululum peracto quinquenio, Abdilmelic præfato regnum restaurans, infirmitate correptus mox lætior ad vitalia redijt, è seculo migrat. Per idẽ tempus viri doctores & sanctimonix studio satis pollentes Vrbanus & Ebantius læti ad dominum pergentes quiescunt in pace.

Expeditio Inlta contra Francos

contra Cæsaraug.

Vrbanus & Ebantius viri clari, è saculo migrant.

Abdelmelic verò consensu omnium in æra DCCLXXX. anno imperij Leonis XXII. Arabum CXXIII. Iscam XX. eligitur in Regno Arabum. Igitur Iscam præuentus fu-

rore iniquo & cupiditatis, relaxato sine termino freno, in bello omnes illico suæ potestatis gentes profiliunt intestino. Nam & cuncta illa vasta solitudo vnde ipsa oritur Arabica multam impietatem, iudicun non ferentes, cuncta conturbant in dolo, atque Occidentali plaga quam plus præceteris deuicti Maurique ad Meridianam se subrigit Zonam, vno consilio efferentes ceruices publicè excutiunt ab Arabico iugo. Sed vbi ad Iscam, auditū peruenit tyranniciū multitudo, centum millia armatorū electa auxilia valida illico ministrat duci Affricano.

Exercitu constituto per turmas & falāges dinumerati, Affricano se suscipiunt Solo. Sicq; consilio diffiniunt proprio, vt patrias Maurorum discursando, & gladio feriendo Tingitano vsque properent pellago. Sed Maurorum hic recognoscens multitudo, in pugna nudi præpendiculis tantummodo ante pudendis præcincti, è mōtana profiliunt illico, sed vbi frater fluuium in Afan acriter vtriq; conflagunt in prælio tetrum colorem æquis pulcioribus demonstrādo & albis dentibus confricādo equi Ægyptij statim resiliunt fugiendo. Sed illi dum amplius impressionē faciunt desperando, equites iterū Arabici nec mora obcurtis colorem disiliendo terga cum sua & ascēforum internitione appetunt expauescendo, atq; dū per fretosa, & deuia cursitant trasfretādo absque aliquo retinaculo, vel virium reparatione, multitudo illa deperit vasta per æremo. Sicq; omnis illa

collectio Oriētis videlicet, & Occidentis per fugam dilapsa alioq; absq; remedio. Duxq; ipsius exercitus cultū nemine contritis socijs iugulatur, atq; non sponte cuncta caterua in tres turmas diuiditur. Sicq; pars vna gladio, vel manu victorū tenetur alia vagabundi per viā quā venerat aufugiens repatriare ambit, tertia pars amientia versa nescio quo properet, Belgi frater seducē hortātes virū genere plenū, & armis militarib. expertū, heu pro dolor Hispaniā aduentat.

Eo tempore vt supra diximus in *Abdelmelic* æra DCC. LXXX. anno imperij Leo *præ est Hi-* nis XXI, Iscā xx. Abdelmelic His- *spaniæ.* panijs præerat, cumq; præfata tertia parte intelligit peruenire ad portum, naues retemptādo eis denegat transitū. Sed vbi Hispaniæ Mauri hic ita cognouerunt factū in prælio congregati cupiunt Abdelmelic prostrare sibi & regnum eius adsumptū trasmaris sodalibus præbere transitū nauigeriū, atq; in tres turmas diuisi vnā ad Toletum *Mauri Tole-* preualidā ciuitatē murū destinat *tum obsidē* feriendū, aliā Abdelmelic Cordubam in se dirigunt iugulandū. Tertiam ad septitanum portum porrigunt ob præuentus supra fatorum qui de prælio Maurorū auaserant iugulādū. Sed Abdelmeric vtrisque lacertorū brachia mitens, vnā per filium Humeia obsidionē Toletum per XXVII. dies protendentū gladio, duodecimo ab vrbe millario fortiter disecant. Aliā per Almuzaor Arabem licet cum sua vexercitus internitione refrenado reuerberat, & in aliā partē declinat tertiam qui Messulam ciuitatem ad

ad comprehendendos eos qui tellam nauigij gerebant aduentauerat per Belgi cui dudum transitum denegauerat nauibus præparatis obruncat.

Tunc Abdilmelic exterritis ceteris suo in loco se recepat ammons per epistolare alloquium Belgi vt pristina in insula sese recipiat. Sed Belgi dum tâtas famis iniurias quas ei tandem intulerat anxius, & male dolosus rememorat, prælio per Abderramã, & obiecto diu obfistentẽ Cordobã penetrat atq; Abdimelic reperiens à filijs suis, vel à manu publica desolatũ, diu pena extortum, vel arundinibus sudibus extricatũ, atq; mortis quasi animæ per corpus grauiter expelitur, postremo gladio trucidat. Tantus verò inter Orientalia cum duce Belgi, & Occidentalia cum filio Humeia collectus est exercitus completa æra supra fata anno Imperij Leonis supra dicto Arabum iam præscripto Iscam Almin Almunimin iam notato fuerunt prælia ab vtrisque patrata, quantum humana narrare vix præualet lingua. Sed quia nequam eam ignorat omnis Hispania ideo illa minimè recensiri tam ystraica bella ista decreuit Historia, quia iam in alia Epithoma qualiter cuncta extiterunt gesta patienter & paginaliter manent nostro stylo conscripta.

Huius temporibus in æra Dcc. LXXXI. anno imperij Leonis XXIII. Arabum cx xv. Alulit pulcher Amir Almunimin debito in loco à cunctis sublimatur in Solio. Cui nec Mora ab Yzit Regno dempto

permanet dodrans cum anno. Tũc cum intestino furore omnes conturbatur Hispania.

In æra DCC. LXXXII. anno imperij Leonis expleto XXIII. Alulit I. Abulchatar missus ad principalia iussa omnia supra fata sedar scandalata. Tũc Abulchatar nomine Alhozã. Solicite sibi cõmissã curat gerere patriã, atq; transmarinis partibus nec mora superbos Hispaniæ domando, sub nomine prælij mittit exercitus, & quia cunctis oriẽs seductus monebat in audita prælia audiẽtes Alulit occisum & statim.

In æra DCC. LXXXII. an. XXIII. imperij Leonis completo Arabũ C. xxvi. incipiente tunc vi. atque Izit Alulit penè anum in Regno Irrigatũ, & tumultuose in eo erectum cogitare omnes incipiunt, vt eum Regno dijciant atque per Zunachel fugam meditans eum Abulchatar cum clafe palatij nulla intercurrente hora preceps insequitur; & quia pleriq; qui cum eo rebellem incurfant, vna cum hoste tempti consilio ad destinatas insidias cum memorato Rege alacres properant, mox inuicem iuncti prælium agitant gladio vindice non nulli comites Regis à prælio disungentes statim eum, & solum exuperant. Sicq; occisus proprij, & vna tribus coniunctis fugientem prosequunt, atq; Toabam qui valida adiutoria Zimaeli præbuerat in Regni Solio sublimant. Tunc ille à recuperando certamine occulẽdũ, se inter suos supeditat, atque postmodum in foeliciter diuersa prælia cum sua, suorumque internatione exagitan-

*Nota que
escribió la
peraua de
España.*

tans, dira morte secum multitudine ei consenciendis perditat. Quisquis ergo huius rei gesta cupit scire, ad singula ad Epithoma tēporalia quod dudū collegimus cuncta reperiet enodata, vbi & prelia Maurorum aduersus cultū dimicantium cūcta reperiet scripta & Hispaniæ bella eo tempore imminencia releget adnotata.

Æra DCC. LXXXII. completa atque incipiente iam tertia Romanorum L X V I I I. Constantinus Leonis filius post patrem Imperio coronatur, regnans, annis. Tot peractis à principio mundi vsq; in anno Constantini X. peragente, V. M. DCCCC. LIII. hic paterno coronatur imperio; mox parens diem claudit extremum. Abardabasto sibi cognatione dedito præripere suum cognoscit imperium. Sed vbi Ardabastus tacite paulatim causa prelij in alias gentes vt belliger Constantini omnes palatij congregabat bellatores, mox vt eum perspicit desolatum, & ab omni senatu fore peruacuum cū socijs quos secum adunauerat properans Constantinum à palatio exterritat iugulando, at vbi Constantinus Ardabastum venire intelligit, cum turbidam armorum cuneum à sede cū suis exiliens Confinitinarum auxilia expetit gentium. Denique vbi se à multitudine conspicit constipatū properans vt sedem pristinam appetat Ardabastum vt palatium relinquat reddit præmunitum. Sed mox Ardabastus ne properatibus portas aperiant ciuitatis populum reddit instructum. Denique vbi

Constantinus oppidum reperit præmunitum, obsidione prætendens in circuitu gentium firmissimum præparabat bellum. Nempè vbi penè per triennium fame ciuitatis populum reddidit fatigatū, pace cum ciuibus per inter nūcios acta, Ardabastum vinculis alligatum Constantino ferris presentant, pōdere satis depressum: tunc tātī causa facinoris nec dum interrogatū oculis excæcatum, exilio mittit diu excrutiatum. Huius tempore Izyt Alulit propria morte functū suę omnes patrię otius recognoscunt, atque Abraham fratrem. In æra incipiente DCC. LXXXII. anno Constantini primo Arabum percurrente C. xxvi. relictum esse vicarium. Sed Maroan vnus ex Arabas palatium adiens periturū, & propria bella in diuersa distractum vacantaneum pertiranidem ferociter appetens bellum.

In æra DCC. LXXXIII. anno Imperij Constantini II. Arabum C. xxviii. belligerans supra fatus Maroan cum Socijs Ybrain reperiens cum modicis eum statim palatium adpetens gladio percutit; sicque intestino ob hanc rem furore præuentus quinquennio tumultuosè viuens, & diuersa prælia exercens, à Zali patrum de Abdella quem sibi quam plurima Ismaelitarum multitudo eligeret Principem à Damasco vsq; in Campis Babilonicis persecutus Nillo tráfacto, reiacet de collatus.

Huius tempore in æra suprafata DCC. LXXXIII. anno Imperij Constantini tertio, Arabum C. xxxix. completo, vel incipien-

re xxx. Maroan III. mirifice vt senior, & longeuus patrię ad clamatur in Regno cui non post multos dies diuersa rebellia Arabes per Hispaniam molientes, suas sine effectu, manentes vsq; ad inferos animas fuerunt tradentes. Iste discrepationem ad suggestionem residui prelij facere, imperat, atq; vt eos quos ex Christianis vectigalibus per tantas eorū strages gladio iugulauerat, à publico Codice Serimarij demerent, licet petulando solícite imperat.

*Tres soles
visi sunt
Corduba.*

Huius Regno in an. vi. in Æra DCCCLXXXIIII. Nonas Aprilis Dominica hora I. II. Feria, & III. cunctis Cordubæ ciuibus prospicientibus tres soles miro modo lustrantes quasi pallentes cum falce igneas maragdinea præcedente fuerunt visentes, eoque ortufame intollerabili omnes partes Hispaniæ nutu Dei, habitatores suos Angeli ordinati fuerunt vastantes.

*Fames in-
gens apud
Hispanos.*

Huius tempore Æra DCC. LXXXV IIII. anno Imperij eius VI. Arabum C. XXXIII. Abdella Alascemi I. Maroan, vt diximus à manu publica insecutus tumultu gentium exercitus cum thesauris publicis à palatio fugiens & Libiam ob reparationem pugne penetrare desiderans, Abdella nil iam pauens, instinctu seniorum se de appetit regiam: qui statim post eum Zali patrum dirigens cum præliatorum infinito exercitu Persarum hætenus solem excellentiū pullata dæmonia Meroan à ciuitate, in ciuitatem diffugiēdo, & nullum receptaculum ob mala, quæ fecerat, & mortes diuersas quas in

Sarracenis ingesserat reperiendo. Nilū Ægypti Fluuium trasmeādo eum vehementer insequitant, sed vbi in locum qui lingua eorum vocatur Azimū nunc se inuicem applicant, tam validè vtrique se iaculant, vt binos per dies in misericorditer cum multorum ex vtraq; parte occisione, se prosternentes vix in tertio exuperato, & interfecto Maroan vaginis gladios remitterent semet ipsos sedantes. Tunc capita damnatorum ad Abdellam dirigentes, suo spulo re fuerunt bellatores manubia remunerātes, atque cunctos pristinos digne pacificantes. Reliqua verò gesta eorum qualiter pugnando vtrasque partes conflictæ sunt, vel qualiter Hispaniæ bella sub Belgi Tohaba, & Humeia concreta sunt, vel per Abulcathar exempta sunt, atque sub Principe Iuzzif, quo ordine emuli eius deleti sunt, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum sæculi, quem Chronnicis præteritis ad singula addere procurauimus.

Fiunt igitur ab exordio mundi vsque in ærā ceptam septingessimam nonagesimam secundam, anno imperij Constantini X. Abdella, Alascemi Almir Almumunin, quarto. Hispaniæ Iuzzif, Patriciæ septimo, & Arabum CXXXVI. an. V. M. DCCCC. LIII. quos quatuor si secundum quosdam Historiographos demere volueris, qui acriuiose expleto LVI. Octauiani Regno annos seculi V. M. CC. X. subputando affirmant & anno præfati Octauiani XLII. Christum natū secundum historiam Ecclesiasti-

Isidori Hispalensis.

Quo anno scripsit Isidorus.

cam Domini Eusebij Cæsariensis Episcopi in libro primo æra VI. vel nunc secundum Chronicam domini Isidorij adseuerant, quod & vtiq; ita omnes scripturę denũtiant, detractis ab annis Octauiani LVI. XIIII. remanent XLII. In tempore Natiuitatis Christi, & quia completo quinto anno Iulij Cæsaris fiunt anni seculi V. M. CLIII. additos XLII. Octauiani fiunt ab Adam vsque Natiuitatem Christi V. M. C. LXXXVI. subtractis IIII. quos superius diximus ab anno seculi V. M. CC. quibus quinque milibus centum LXXXVI. superius memoratis si addantur anni Incarnationis Domini DCC. LIII. qui in æra DCC. LXXXVIII. veridicę computantur, reperuntur annis seculi V. M. DCCC. LV. obitos IIII. diminutosque effectos. Sed quę ad tantam liquiditatem annis sæculi etiam nec à maioribus computantur, vt in vno stilo æqualiter digeratur, vel vna prenotatione ab omnibus Historiographis, æquiparentur, quę licet in hac annorũ deuolutione non satis ab inuicę discrepentur, idẽ & nos secundũ plerosq; qui Christum in V. M. CC. annos natum deliberant, hos quatuor annos interpolamus, ne à rãtorum semitis vbi tales, tantique mutauerunt viri, longius euagemus, quia in tanta congerie temporum, quatuor anni si addantur, vel detrahantur nequaquam prædam narevidentur, cum etiam à diuersis Chronicorum libris longius anni, & tanti gradentur à summa quę diximus, & retrograden-

tur, quia a toto parte, & à parte totum aut in principio, aut in fine cuiuslibet Imperij annorũ ceptũ, vel consumatum pro vno illum, aut numeres non facile præiudicaueris, quia vt diximus, plerique anno XLII. Octauiani Christum natum confirmant; nonnulli quadragesimo primo genitum esse demonstrant, sic enim sanctissimus Iulianus Toletanus Episcopus in librum, quem contra Iudeos de sex ætatibus seculi scripsit dicens, Octauianus Cæsar, regnat annos LVI. huius XLI. anno secundum quod Tertulianus, Hieronimusque testantur, Christus Dei Filius de Maria Virgine nascitur. Nunquid hic in aliquo præiudicatur? quare secundum aliquos XLII. secundum quosdam quadragesimus primus annus reperitur abfit, sed ideo à maioribus inter vtrasque editiones quę nunc renouari longè sunt, Natiuitas Saluatoris nostri in V. M. CC. annos adnumeratur, vt & plenitudo temporis per generationes, & regna deductus plenius demonstratur, & perfectum de conatis plenissimum numerum omnibus recollendus dies ille simul cum perfectu annorum V. M. ducentorum ferie apertius, & paruipendenti- bus insinuetur: sic enim concedet, vt Sancta Natiuitas eius apertius declaretur, ne in diuersa plus, minus, congerie annorum numerus distrahat. Denique Sanctissimus, & valde in hoc opere præritũ doctissimus Iulianus sic in libello inquit, quem supra fati sumus & enim

Quo anno Octauiani Cæsaris, natus è Christus foras aliquod ab hoc an. 42. l. 41. Ærã Cæsaris ad numerant non ab æra 38.

enim siqueramus annos à principio mundi vsque ad Natiuitatem Christi secundum Codices septuaginta translatorum subsequenti- bus etiam quibusdam historijs gentium reperiuntur ab Adam

vsque ad Christum anni V. M. CC. & quidquid aliud supra est secundum quosdam historicos qui annorum mundi seriem conscripserunt.

FINIS.



B 5 A

Al Lector.



HASIDO mi desseo juntar en vn volumen, y imprimir todo lo que he podido descubrir, y con trabaxo, y cuydado hallar, que escriuieron los **P**erlados de España, antes y despues que los **M**oros della se apoderassen. **V**no de los **A**uctores que se nombran, es **I**sidoro **O**bispo de **B**adajoz, que serà el primero, sin añadir, ni quitar, sino solo lo que haliè. El estylo es corto, **B**arbaro, como lo vsaban en aquellos siglos toscos. **L**os años no en todo ciertos, serà por los malos escriuanos, que estos defectos tienen las escrituras de aquellos tiempos.

El segundo **P**erlado autor **E**spañol es **I**dacio **O**bispo **L**emicense. **E**ste parece continua el **C**ronicon de **S** **I**eronymo. **I**mprimiòlo este año 1615. en **R**oma, el **L**icenciado **L**uys de **S**an **L**lorente varon docto y curioso, y por lo que aqui digo, de que estos autores anden juntos, puse aqui la propria impressiõ de **R**oma, fiado del autor della, que la facaria de buenos originales, y me parece es mas antiguo **I**dacio que **I**sidoro. **V**ino à mis manos quando estaua començada a imprimir la historia de **I**sidoro.

UDA-



IDATII EPISCOPI CHRONICA.

Romanorum XXXIX. Theodosius per Gratianum in consortium Regni adsumptus cum ipso, & Valentiniano Juniore regnat annis XVII.

Theodosium hunc cauca in Gallacia natū tenet etiam Sozimus. lib. 4.



THEODOSIVS natione Hispanus de provincia Gallacia ciuitate Cauca, à Gratiano Augustus appellatur.

Inter Romanos, & Gotthos multa certamina conseruntur.

Olymp. 290

2 Theodosius Constantinopolim ingreditur in primo cōsultatu suo, quē cū Gratiano agebat Augusto.

Alexandriæ xxi habetur Episcopus Theophilus vir eruditissimus insignis, qui à primo consultatu Theodosij Augusti Laterculum percentum annos digestum de pacē obseruatione conscripsit

3 Athanaricus Rex Gotthorum apud Constantinopolim decimo quinto die ex quo à Theodosio fuerat susceptus, interiit.

4 Gotthi infida Romanis pace se tradunt.

Ambrosius in Italia Mediolani Episcopus, Martinus in Gallijs Turonis Episcopus, & vitæ meritis, & patris miraculis virtutum ha-

bentur insignes.

5 Theodosius Arcadium filium suum Augustum appellans Regni facit sibi esse consortem.

6 Honorius nascitur filius Theodosij.

Olymp. 291

Legati Perfarum ad Theodosiū Constantinopolim veniunt.

7 Græcothigorū gens à Theodosio superatur.

Priscillianus declinans in hæresim Gnosticorum per Episcopos, quos sibi in eadem prauitate collegerat, Abulæ Episcopus ordinatur, quia aliquot Episcoporum Concilij interdictus, Italiam petijt, & Romam. Vbi ne ad conspectum quidem sanctorum Episcoporum Damasi, & Ambrosij receptus, cū his cum quibus iuerat, redit ad Gallias. Inibi similiter, & ab alijs Episcopis hæreticus iudicatus appellat ad Cæsarem: quia in Gallis his diebus potestatem tyrannus Maximus obtinebat Imperij.

8 Arcadij quinquennalia celebrantur.

Roma-

*Huc Latronianum inter Christi martyres numerat Petrus de Natalibus in cathedral. S. S. li. xi. c. 89. Quod totum caput delendum videtur, ut hac super refectum est à S. Inquisitione Hisp. in expurgatione moderni.

Olymp. 292

Olymp 293

Romanæ Ecclesiæ xxxvj. habetur Episcopus Syricius.

9 Priscillianus propter prædictam hæresim ab Episcopatu depulsus, & cum ipso Latronianus* laicus, aliquique sectatores eius apud Treuirim sub tyranno Maximo cæduntur. Exin in Galliciam Priscillianistarum hæresis inuasit.

10 Maximus tyrannus occiditur per Theodosium tertio lapide ab Aquileia quinto kalendas Augustas, & eodem tempore vel ipso anno in Gallijs per Arbogastem comitem filius Maximi nomine Victor extinctus est.

Cynegius Theodosij præfectus habetur illustis, qui sacris insignibus præditus, & vsque ad Ægyptum penetrans gentium simulacra subuertit.

11 Theodosius cum Honorio filio suo Romam ingressus est.

12

13

14 Valentinianus Iunior apud Viennam scelere comitis Arbogasti occiditur, & Eugenius tyrannus efficitur.

15

16 Eugenius à Theodosio Augusto superatus occiditur.

17 Theodosius in aetate hydropicæ apud Mediolanum defunctus est anno Regni sui xvij. Et iste annus, qui Theodosij xvij. ipse Arcadij, & Honorij in initio Regni eorum primus est, quod ideo indicatur, ne olimpiade quinque annorum turbes.

1 Romanorum Lx. Arcadius, & Honorius Theodosij filij defuncto patre regnant annis xxx.

2

3

4

5 In prouincia Carthagenensi in ciuitate Toletu synodus Episcoporum contrahitur, in qua quod gestis continetur Symphosius, & Diditinius, & alij cum his Galliciæ prouinciæ episcopi, Priscilliani sectatores hæresim eius blasphemissimam cum adsertore eodem professionis suæ subscriptione condennant. Statuuntur quedam etiam obseruanda de ecclesiæ disciplina, communicante in eodem concilio Orthygio Episcopo, qui Cælenis fuerat ordinatus, sed agentibus Priscillianistis pro fide Catholica pulsus factionibus exulabat.

6

7

8 Solis facta defectio tertio idus Nouembris feria secunda.

9 Theodosius Arcadij filius nascitur.

10 Constantinopoli Ioannes Episcopus prædicatur insignis, qui ob fidem Catholicam Eudoxiam Arcadij vxorem infestissimam patitur Arianam.

11

12 Hierosolymis Ioannes, Cæsareæ Eulogius, Cypro Epiphanius, Alexandria Theophilus, qui supra Episcopi habentur insignes.

Hieronymus presbyterio præditus, in Bethleem Iudæ vicinia consistens, præcipuus habetur in cunctis.

13 Post superscriptos sanè qui Hierosolymis ante Ioannem Episcopum fuerint, Idarius, qui hæc scribit, scire non potuit, huc verò

Olymp. 294

Nota anno Domini 399 celebratam hanc synodum fuisse. in quæ quintus Arcadij & Honorij annus incidit. Itaque corrigendi videtur moderni, qui illam anno 405. & 400. celebratam opinati sunt.

Olymp. 295

Olymp. 296

verò sanctum cum sanctis Eulogio, Theophilo, & Hieronymo vidit, & infantulus, & pupillus.

Olym. 297. 14.

Extat hac de causa cōcilium sub Pāchratianō hoc eodē anno Bracaræ celebratū, quod vt alia, in collectiōne cōciliorum Hispaniæ desideratur 15. Alani, & Vvandali, & Sueui Hispanias ingressi aera CCCCLVII. kalendas, alij tertio idus Octobris memorāt die tertia feria, Honorio VIII. & Theodosio Arcadij filio III. confusibus. Alaricus Rex Gotthorum Romanus ingressus cum intra, & extra Urbem cædes ageretur, omnibus indultum est, qui ad tantotum limes confugerunt.

Placidia Theodosij filia Honorij Imperatoris soror à Gotthis in Vrbe capta.

Alaricus moritur, cui Athaulphus succedit in Regno.

Barbari, qui in Hispanias ingressi fuerant, cæde deprædantur hostili. Pestilentia suas partes non segnius operatur.

16 De bacchantibus per Hispanias barbaris, & sæuiente nihilominus pestilentia malo, opes & conditam in vrbibus substantiam tyrānicus exactor diripit, & miles exhaurit: fames dira grassatur, adeo vt humanæ carnes, ab humano genere vi famis fuerint deuoratae. Matres quoque necatis, vel coctis per se natorum suorum sint partæ corporibus. Bestiæ occisorum gladio, fame, pestilentia, cadaueribus aduetæ, quosque horum fortiores interimunt eorumque carnibus partæ passim in humani generis efferrant interitū. Et ita quatuor, plagis ferri, famis, pestilentia, bestiarū vbique in toto Orbe sæuientibus perditæ à Domino per Prophetas,

admonitiones implentur.

17 Subuersis memorata plagarū grassatione Hispaniæ prouincijs barbari ad pacem iocundam, Domino miserante conuersi, sorte ad habitandum sibi prouintiarum diuidunt regiones. Gallæciam Vvandali occupant: & Sueui sitam in extremitate Oceani maris occidua: Alani Lusitaniam, & Carthaginensem prouincias: & Vvandali cognomine Silingi Bæticam sortiuntur. Hispani per ciuitates, & castella residui à plagis barbarorū per prouincias dominantium, se subiiciunt seruituti.

Constantinus post triennium inuasæ tyrannidis ab Honorio duce Constantio intra Gallias occiditur.

18 Iouinus, & Sebastianus fratres intra Galliam, & in Affrica Heraclianus pari tyrannidis inflantur infania.

Augustinus Hipponensis Episcopus habetur insignis, inter cuius studia magna, Donatistas ab eo Dei adiutorio superatos, fides demonstrat auctorum. *Olym. 298.*

19 Iouinus, & Sebastianus oppressi ab Honorij ducibus interfecti sunt.

Gotthi Narbonam ingrediuntur vindemiae tempore.

Heraclianus mouens exercitum de Affrica aduersus Honorium, Vtriculo in Italia in conflictu superatus effugit in Affricam, cæsis in loco supradicto L. millibus armatorum. Ipse post Carthagine in æde memoriae per Honorium percussoribus missis occiditur.

20 Athaulphus apud Narbonam Placi-

Placidiam duxit vxorem, in quo prophetia Danielis probatur impleta, qui ait filiam regis Austri sociandam regi Aquilonis, nullo tamē eius ex ea homine subsistere.

21 Hierosolymis Ioanne, de quo supra episcopo presidente sancto, primus post Christum Dñm martyr Stephanus reuelatur. Hieronymus, qui supra præcipuus in omnibus, elementorū quoq; præcipuus Hebræorū, in lege Domino (sicut scriptum est) diurna, nocturnaque meditatione continuus, studia operis sui reliquit innumera. Ad vltimū Pelagianorū sectā cum eiusdē auctore Adamātino veritatis malleo cōtriuuit. Aduersus hos, & alios hereticos extant eius probatissima munimenta.

* *Barcinona erat in M.S. nos verò ex Plinio, Ausonio, huiusque Athaulphi in scriptione sepulchri, quæ adhuc Barcinonæ extat, Barcinonam ubiq; substituim⁹ Olymp. 299*

22 Athaulphus à patritio Cōstantio pulsatus, vt relicta Narbona Hispanias peteret, per quēdā Gothum apud Barcinonā* inter familiares fabulas iugulatur. Cui succedens Vvalia in regno cum Patritio Constantio pace non facta Alanis, & Vvandalis Silingis in Lusitania, & Bætica sedentibus aduersatur.

Alexandrinę ecclesię post Theophilum, quis præfederit ignorauit hæc scribens.

Constantius Placidiam accepit vxorem: Fredibalum Regē gentis Vvandalorum sine vlllo certamine ingeniosè captum ad Imperatorē Honorium destinat.

23 Vvalia rex Gotthorū Romani nominis causa Hispanias intra cædes magnas efficit barbarorum.

24 Solis facta defectio die decimo quinto, kalen. Augusti qui fuit quinta feria.

Grauiſſimo terremoto sancta in Hierosolymis loca quassantur.

Vvandali Silingi in Bætica per Vvaliam regem omnes extincti.

Alani, qui Vvandalis, & Sueuis potentabatur, adeo cæsi à Gotthis, vt extincto Arace rege ipsorum, pauci, qui superfuerant abolito regni nomine Gunderici Regis Vvandalorū, qui in Gallæcia resederat, se patrocínio subiugarent.

Gotthi intermisso certamine, quod agebant, per Constantium ad Gallias reuocati, sedes in Aquitania à Tolosa vsque ad Oceanum acceperunt.

Vvalia eorum Rege defuncto Theodoricus succedit in Regno.

25 Inter Gundericū Vvandalorū & Hermenericum Sueuorū reges certamine orto Sueui in Narbafis montibus obsidentur à Vvandalis.

Valentinianus Constantij, & Placidia filius nascitur.

In Gallicana regione in ciuitate Biterris multa signa effecta terrificæ, Paulini epistola eiusdem ciuitatis Episcopi enarrat vbique directa.

26 Vvandali Sueuorum obsidione dimissa instante Asterio Hispaniarū comite, & sub vicario Maurocello aliquantis Bracaræ in exitu suo occisis, relicta Gallæcia ad Bætiam transferunt.

Honorius apud Rauennā Constantium consortem sibi facit in Regno. *Olym. 300.*

27 Constantius Imperator Rauennæ moritur in suo tertio cōsulatu.

28 Castinus magister militum cum magna manu, & auxilijs Gotthorum bellum in Bætica, Vvandalis

lis infert, quos cum ad inopiam vi
obsidionis arctaret, adeo vt se tra-
dere iam pararent, inconsultè pu-
blico certamine confligens, auxi-
liorum fraude deceptus, ad Tarra-
conam* victus effugit.
* *Terraco- na erat in*
At. S. sed Bonifacius palatium deserens
nos ex Pto Affricam inuadit.
lomeo. Pli-
nio, Strabo 29
ne, Antoni 30 Honorius actis tricennialibus
no, Pompo suis Rauennæ obiit.
nio Mela, Paulinus nobilissimus, & elo-
elisyq; quentissimus dudum conuersione
Tarraconâ ad Deum nobilior factus vir Apo-
maluimus stolicus, Nolæ cāpaniæ Episcopus
subsistere. habetur insignis, cui Therasia de
coniuge facta soror, testimonio
vitæ beatæ æquatur, & merito.
Extât operis ipsius egregia studia
prædicanda.

Olymp 301 Romanorū xxxvj. Theodosius
Arcadij filius ante aliquot annos
regnans in partibus Orientis de-
functo patre post obitum Honorij
patruj monarchiam tenet imperij,
cum esset annorum viginti sex.

Ioannes arripit tyrannidem.

I Theodosius Valentinianum
amitæ suę Placidie filium Constā-
tinopoli Cæsarem facit, & contra
Ioannem mittit sub quo a duobus,
qui cum eo per Theodosium misi
fuerant apud Rauennam primo
anno inuasæ tyrannidis occiditur,
& Felix Patricius ordinatur ma-
gister militum.

Valentinianus, qui erat Cæsar,
Romæ Augstus appellatur.

Vvandali Balearicas insulas de-
prædantur; deinde Carthagine
Spartaria, & Hispali euerfa, & His-
panijs deprædatis Mauritaniam
inuadunt.

2

3

4 Gundericus Rex Vvandalorū
capta Hispali cum impiè elatus,
manus in Ecclesiam ciuitatis ipsius
extendisset, mox Dei iudicio dæ-
mone cōreptus interiit. Cui Gui-
sericus, frater succedit in Regno.
Qui (vt aliquorum relatio habet)
effectus Apostata de fide Catholi-
ca in Arianam dictus est transisse
perfidiam.

Olym. 302

5 Guisericus Rex de Bæticæ pro-
uinciæ litore cum Vvandalis omni-
bus, eorumque camelis mense Ma-
io ad Mauritaniam, & Affricam
relictis transijt Hispanijs. Qui pri-
usquam pertransiret admonitus
Hermenericum Sueuum vicinas
in transitu suo prouincias depræda-
ri, recursu cum aliquātis suis facto
prædantem in Lusitania consequi-
tur. Qui haud procul de Emerita,
quam cū sanctæ martyris Eulaliæ
iniuria spreuerat, multis per Gui-
sericum cæsis ex his, quos secum
habebat, arrepto, [vt putauit,] Eu-
ro velocius fugæ subsidio in flumi-
ne Ana diuino brachio præcipita-
tus interiit. Quo ita extincto, mox
quò cœperat Guisericus nauigauit

6 Sueui sub Hermenerico rege
medias partes Gallæcię deprædā-
tes per plebē, quæ castella tutiora
retinebat acta suorum partim cæ-
de, partim captiuitate, pacem,
(quam ruperant) familiarum, quæ
tenebantur, rehibitione instaurāt.

Per Ætiū comitem non procul
de Arelate quædā Gotthorū man⁹
extinguitur Athaulpho optimatē
eorum capto. Luthiringi per eum
similiter debellantur, & Norici.

Felix

Felix qui dicebatur Patritius Rauennæ tumultu occiditur, militari.

7 Ætius dux vtriusque militiæ Noricos edomat rebellantes. Rurfus Sueui in itam cum Gallæcis pacem libata sibi occasione, conturbant. Ob quorum depredationem Idatius Episcopus ad Ætium ducē qui expeditionē agebat in Gallijs, suscipit legationem. Vetto, qui de Gotthis dolosè ad Gallæciam venerat, sine aliquo effectu redit ad Gotthos.

8 Superatis per Ætium in certamine Francis, & in pace susceptus Censorius comes, legatus mittitur ad Sueuos supradictō secū Idatio redeunte.

Olymp. 303 Bonifacius in æmulatione Ætij de Affrica per Placidiam conuocatus in Italiam ad palatium redit. Qui depulso Ætio in locum eius succedens, paucis post mensibus itito aduersus Ætium conflictu, de vulnere, quo fuerat percussus interijt. Cui Sebastianus gener substitutus per Ætium de palatio superatus expellitur.

9 Regresso Censorio ad palatiū Hermenericus pacem cum Gallæcis, quos prædabatur assiduè sub interuentu episcopali datis sibi reformat obsidibus.

Symphosius Episcopus per eum ad comitatum legatus missus, rebus in cassum frustratur arreptis.

In conuentu Lucensī contra voluntatem Agrestij Lucensis Episcopi Pastor, & Syagrius Episcopi ordinantur.

Ætius dux vtriusque militiæ Patritius appellantur.

10. Sebastianus exul & profugus effectus, nauigat ad palatium Orientis.

11 Hierosolymis Iuuenalem Episcopū præsidere Germani presbyteri Arabicæ regionis exinde ad collectam venientis, & aliorum Græcorum relatione cōperimus, adiucientibus Constantinopolim cum alijs, & Palestinæ prouinciæ, & Orientis Episcopis euocatum sub presentia Theodosij Augusti, contractu Episcoporum interfuisse concilio ad destruendam Hebionitarum hæresim, quam Nestorius Atticus eiusdem vrbis Episcopus prauo subtilissime sectæ resuscitabat ingenio.

Quo verò tempore sanctus Ioānes Hierosolymitanus, & alij, quos supra diximus, obierint, vel quis Ioanni ante Iuuenalem successerit, sicut & fuisse cognitum est, in breui scriptore quemdam referentem sermo non edidit.

12 Naobona obsideri cœpta per Gotthos.

Burgundiones, qui rebellaerant à Romanis duce Ætio debellantur.

Vno, eodemque tempore Alexandriæ Cyrillum Episcopum præsidere, & Constantinopoli Nestorium hæreticum Hebionæum, Cyrilli ipsius ad eundem epistola, & hæresim destruentis, & regulam fidei exponentis ostendit. Hæc cū alijs habentur allata.

13 Narbona obsidione liberatur Ætio duce, & magistro militum Burgundionum cesa viginti milia.

Rurfus Censorius & Fresmūdus legati mittuntur ad Sueuos.

14 Got-

Nestorij huius Episcopi munere sancti Theodoretus lib. 4. de fabulis hæreticorum, & Prosper in Chrono.

14 Gotthorum cæsa octo milia sub Ætio duce.

Sueti cum parte gentis Gallæcię, cui aduersabantur, pacis iura confirmant.

Hermenericus rex morbo oppressus Rechilam filium suum substituit in regnum, qui Andeuotum cum sua, quam habebat, manu ad Singilionem Bæticię fluiũ aperto Marte prostrauit magnis eius auri, & argenti opib⁹ occupatis.

15 Carthagine fraude decepta decimo quarto kal. Nouemb. omnẽ Affricam rex Gensericus inuadit.

Bello Gotthico sub Theodorico rege apud Tolosam Litorius Romanorum dux inconsultius cũ auxiliari Hunnorum manu irruens, cæsis his ipse vulneratus capitur, & post dies paucos occiditur.

Inter Romanos, & Gotthos pax efficitur.

Gensericus ellatus impiẽ Episcopum, & clerum Carthaginis depellit ex ea, & iuxta prophetiam Danielis demutatis ministerijs, sanctorum, Ecclesias Catholicas tradit Arianis.

Rechila Rex Sueuorum Emeritam ingreditur.

16 Gensericus Sciliam depredatus, Panormum diu obsedit, qui damnati à Catholicis Episcopis Maximini, apud Siciliã Arianorum ducis, aduersum Catholicos præcitur instinctu, vt eos quoquo pacto in impietatem cogeret Arianã, nonnullis declinantibus aliquanti durante in Catholica fide consummare martyrium.

Olym. 305.

Censorius comes, qui legatus missus fuerat ad Sueuos residens

Myrtili, obsessus à Rechilla in pace se tradit.

17 Rex Sueuorum diuturno per annos septem morbo adfectus moritur Hermenericus.

Rex Rechila Hispali obtenta Beticam, & Carthaginensẽ prouincias in suam redegit potestatem.

Sabino Episcopo de Hispali factione depulso, in locum eius Epiphanius ordinatur fraude, nõ iure.

Asturius dux vtriusq; militiæ ad Hispanias missus Tarraconensium cædit multitudinem Bacaudarum.

18 Cometæ sidus apparere incipit mense Decembri, quod permenses aliquod visum subsequẽtis in pestilentia plagæ, quę ferẽ in toto Orbe diffusa est, præmisit ostentum.

Constantinopolitanæ Ecclesiæ depulso Nestorio præsidet Episcopus Flauianus.

19 Asturiomagistro vtriusq; militię gener ipsius successor ipsi mittitur

Merobaudis natu nobilis, & eloquentiæ merito, vel maximẽ in poematis studio, veteribus comparandus, quod testimonio etiam prouehitur statuarum, breui tempore potestatis suæ Aracellitanorum frangit insolentiam Bacaudarum. Mox nonnullorum inuidia perurgente, ad urbem Romam sacra præceptione reuocatur.

20 Sebastianus illic quò confugerat deprehẽsus sibi aduersa moliri Cõstantinopoli fugit admonitus, & ad Theudoricum regẽ Gotthorum veniens, conuãsa sibi, qua potuit, Barcinona hostis ingreditur.

Olym. 306.

21 In Asturicensi vrbe Gallacię, quidam ante aliquot annos latentes Manichei gestis, episcopalibus

C dete-

deteguntur, quæ ab Idatio, & Turibio Episcopis, (qui eos audierant) ad Antonium Emeritensem Episcopum directæ sunt.

Vvandali nauibus Turonio in litore Gallæciæ repente aduecti, familias capiunt plurimorum.

Sebastianus de Barcinona fugatus, migrat ad Vvandalos.

Per Episcopum Romæ tunc præfidentem gesta de Manichæis per prouincias diriguntur.

22 Auitus magister vtriusq; militiæ factus ad Hispanias missus nõ exiguæ manus fultus auxilio cum Carthaginenses vexaret, & Baticos succedentibus cū rege sito illic Sueuis, superatis etiam in congressione, qui ei ad depredandum in adiutorium venerant, Gothis, territus miserabili timore diffugit

xlj. etat in M. S. verū quia Hieronymum senecutus idacius Siriciū xxxvj. appellavit, & post Siriciū Anastasius Innocensius, Zozimus, Bonifacius, Celestinus, & Sixtus Pont. sedent riant ideo xliij. ordine Leo numerandus venit, quod etiam in nominando sequenti Papa observauit.

23 Romanæ Ecclesiæ xliij. præfident Episcopus Leo, huius scripta per Episcopi Turibij diaconem Pervincum contra Priscillianistas ad Hispanianenses Episcopos deferuntur. Inter quæ ad Episcopum Turibium de obseruatione Catholici fidei, & de hæresum blasphemijs, disputatio plena dirigitur, quæ ab aliquibus Gallæcis sub dolo probatur arbitrio.

24 Solis facta defectio die decimo kal. Ianuarias, qui fuit tertia feria. Rechila Rex Sueuorum Emeritæ gentilis moritur mense Augusto, cui mox filius suus Catholicus Recharius succedit in regnū nõ nullis quidem de gente sua amellis, sed latenter, obtento tamen regno sine more vltiores regiones inuadit ad prædam.

Pascencium quendam vrbes Ro-

mæ, qui de Asturica diffugerat, Manichæū Antoninus Episcopus Emeritæ cõprehendit, auditumq; de prouincia Lusitania facit expelli 25 Per Aiulphum Hispali Censorius iugulatur.

Recharius accepta in coniugiū Theodori regis filia auspiciatus initium regni Vasconias deprædatur mense Februario.

Basilus ob testimonium egregij ausis sui congregatis Bacaudis in Ecclesia Tyraconæ, fœderatos occidit, vbi, & Leo eiusdem Ecclesiæ Episcopus ab eisdem, qui cum Basilio aderant in eo loco obijit vulneratus:

Recharius mense Iulio ad Theodorum socerum profectus Cæsaragustanam regionem cum Basilio in reditu deprædatur: Irrupta per dolum Elerdensi vrbe facta est non parua captiuitas.

26 Asturius vir illustris ad honorem prouehitur consulatus.

Sebastianus exul factus ad perniciosam sibi (sicut post exitus docuit) Genferici confugit potestatem; qui paulò post tempore, quo venerat per eum iubetur occidi.

Epistolæ deferuntur Flauiani Episcopi ad Leonem Episcopum missæ cū scriptis Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestoriū Constantinopolitanū de Euthychete Hebronita heretico, & Leonis Episcopi ad eundem responsa, quæ cum aliorū Episcoporum, & gestis, & scriptis per Ecclesias diriguntur.

27 Theodosius Imperator moritur Constantinopoli anno ætatis suæ quadragesimo octauo post quæ xliij. statim apud Constantinopolim

lim Martianus à militibus , & ab exercitu, instante etiam Pulcheria regina efficitur Imperator . Qua sibi in coniugium assumpta regnat in partibus Orientis.

28 Valentiniani Imperatoris mater Placidia moritur apud Romã.

In Gallæcia terræmotus assidui, signa in cælo plurima ostenduntur. Nam pridie nonas Aprilis tertia feria post Solis Occasum ab Aquilonis plaga Cælũ rubens sicut ignis, aut sanguis, efficitur intermixtis per ignem ruborem lineis clarioribus in speciem astrorum rutilantium deformatis, à die clauso vsq; in horam noctis fere tertiam signi durat ostensio, quæ mox ingenti exitu perdocetur.

Olym. 308. Gens Hunnorum pace rupta deprædatur provincias Galliarum, plurimę ciuitates effractę, in campis Catalaunicis haud longè de ciuitate, quam effregerant, Mettis; sed Ætio duci, & regi Theodoro, quibus erat in pace societas, aperto Marte configens diuino cæsa superatur auxilio, bellum nox in tempesta diremit, Rex illic Theodorus prostratus occubuit: CCC. ferme millia hominum in eo certamine cecidisse memorantur.

Multa anno signa procedunt. Quinto kal. Octobris à parte Orientis. Luna fuscatur; in diebus sequentis paschę. Visa quædam in Cælo regionibus Galliarum, epistola de his Eufroni Augustudinenſis Episcopi ad Agripinum comitem facta, euidenter ostendit. Stella cometes à decimo quarto Kal. Iulij apparere incipit, quę iij. kal. diluculo ab Oriente visa post

Occasum Solis ab occidua parte mox cernitur. Kal. Rugusti à parte Occidentis apparet.

Occiso Theodorico Thorismo filius eius succedit in regno.

Hunni cum rege suo Attila relictiſ Gallijs post certamen Italianam petunt.

29 Secundo Regni anno principis Martiani Hunni, qui Italiã prædabantur, aliquantis etiã ciuitatibus irruptis, diuinitus partim fame, partim morbo quodam plagis cælestibus feriuntur; missis etiã per Martianum principem Ætio duce cæduntur auxilijs; pariterq; in sedibus, & cælestibus plagis, & per Martiani subiguntur exercitum; & ita subacti pace facta cum Romanis proprias vniuersi repetunt sedes, ad quas Rex eorum Attila mox reuersus interiit.

Ad Sueuos Mansuetus comes Hispaniarum, & Fronto similiter comes legati pro pace mittuntur, & obtinet condiciones iniunctas.

Thorismo Rex Gotthorum spirans hostilia à Theodorico & Frederico patribus iugulatur, cui Theudoricus succedit in regno.

30 Tertio regni anno principis Martiani regina moritur Pulcheria mense Iulio.

Per Fredericũ Theudorici regis fratrem Bacaudæ Taraconēses cæduntur ex auctoritate Romana.

In Gallæcia terræmotus, & in Sole signum in Ortu, quasi altero secum consortante monstratur.

Ætius dux, & Patricius fraudulenter singularis accitus intra palatium manu ipsius Valentiniani Imperatoris occiditur. Et cum

ipso per Spatharium eius aliqui singulariter intromissi iugulantur honorati.

His gestis legatos Valentinianus mittit ad gentes, ex quibus ad Sueuos venit Iustinianus.

31 Quarto regni anno principis Martiani per duos barbaros Ætij familiares Valentinianus Romæ Imperator occiditur in campo exercitu circumstante anno ætatis suæ xxxvj. & regni xxxj. Post quæ mox Maximus ex cōsulibus xliij. Romæ Augustus appellatur, qui cum Imperator factus relictam Valentiniani sibi duxisset uxorem, & filio suo ex priore coniuge Palladio, quem Cæsarem fecerat, Valentiniani filiam in coniugium tradidisset, magnorū motuum, quos verebatur perturbatione distortus, & qui in occisorū per Valentinianum, & in ipsius interitus Valentiniani ambitu regni concilia scelestia patrata contulerat, cum Imperium deferere vellet, & Romam vix quatuor sui regni mensibus expletis, & occisione occiditur militari.

Ipsa anno Auitus in Gallijs Auitus Gallus & ab exercitu Gallicano, & ab honoratis primū Tolosæ, de hinc apud Arelatum Augustus appellatur. Romam pergit, & suscipitur.

Vsq; ad Valentinianum Theodosij generatio tenuit principatū. 1 Romanorum xliij. Martianus quarto iam regni sui anno obtinet monarchiam.

Per Auitum qui à Romanis, & euocatus, & susceptus fuerat Imperator, legati ad Martianum pro

vnanimitate mittuntur Imperij.

Genfericus sollicitatus à relictâ Valentiniani (vt malum forma dispergit,) priusquàm Auitus Augustus fieret, Romam ingreditur, direptisq; opibus Romanorum Carthaginem redit relictam Valentiniani, & filias duas, & Æcium filium Gaudentium nomine secum ducens.

Sueui Cartaginenses regiones, quas Romanis reddiderant, deprædantur.

Martianus, & Auitus concordēs principatu Romani vtuntur imperij

Per Augustum Auitum Fronto comes legatus mittitur ad Sueuos, similiter & à Rege Gotthorū Theudorico: quia fœdus Romani esset imperij, legati ad eos mittuntur, et tam secum, quam cum Romano imperio: quia vno essent pacis fœdere copulati, iurati fœderis promissa seruarent. Remissis legatis vtriusq; partis, atq; omni iuris ratione violata, Sueui Tarracōensem prouinciā, quæ Romano imperi deseruiebat, inuadunt.

De Erulorum gente septem nauibus de Lucensi litore aliquanti aduecti viri ferme cccc. expediti superuentu multitudinis congregatē duobus tantū ex suo numero effugantur occisis, qui ad sedes proprias redeunt Cantabriorū, & Varduliarum loca maritima crudelissimè deprædati sunt.

Legati Gotthorum rursus ve. *Olym. 309.* niunt ad Sueuos post quorum aduentum Rex Sueuorum Recharius cum magna suorum multitudine regiones prouinciæ Tarracōensis inuadit acta illic deprædatione

tione grandi ad Gallæciam captiuitate deducta.

Mox Hispanias Rex Gotthorum Theudoricus cum ingenti exercitu suo, & cum voluntate, & ordinatione Auiti Imperatoris ingreditur. Cui cum multitudine Sueuorum Rex Rechiarius occurrens duodecimo de Asturicensi vrbe milliario ad fluuium nomine Vrbicum tercio nonas Octobris die sexta feria inito in eos certamine superatur cæsis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipse ad extremas sedes Gallæcie plagatus vix euadit, & profugus.

Theudorico rege cum exercitu ad Bracaram extremam ciuitatem Gallæcie pertendente, quinto kal. Nouemb. die Dominico, & si incruenta, fit tamen satis mesta, & la crimabilis eiusdem direptio ciuitatis. Sueuorum magna igitur calamitas captiuorum, sanctorum basilicæ effractæ, altaria sublata, atque conflata, virgines Dei exin quidē abductæ, sed integritate seruata, clerus vsq; ad nuditatem pudoris exutus, promiscui sexus cum paruulis de locis refugij sanctis populus omnis abstractus, iumentorum, pecorum, camelorumq; horrore locus sacer impletus. Scripta super Hierusalem ex parte cælestis iræ reuocauit exempla.

2 Rechiarius ad locum, qui Porrucalle appellatur profugus Regi Theudorico captiuus adducitur, quo in custodiam redacto, ceteris, qui de priore certamine superfuerant, tradentibus, aliquantis nihilominus interfectis, regnum de-

strustum, & finitum est Sueuorum.

Isdem diebus Rechimeri comitis circumuentione magna multitudo Vandalorum, quæ sede Carthagine cum XL. nauibus ad Gallias, vel ad Italiã mouerat Regi Theudorico nuntiatur occisa per Auitum.

Efychius Tribunus legatus ad Theudoricum cum sacris muneribus missus ad Gallæciã venit, nunciatus ei quod supra in Corsica cæsam multitudinem Vandalorum, & Auitum de Italia ad Gallias Arlatem successisse. Orientalium naues Hispalim venientes per Martiani exercitum captas nunciat.

Occiso Rechiario mense Decembri, Rex Theudoricus de Gallæcia ad Lusitaniam contendit.*

* *Al succedat.*

In conuentus parte Bracarensis latrocinantium depredatio perpetratur.

Aiulphus desserens Gotthos in Gallæcia residet.

Sueui, qui remanserunt in extrema parte Gallæcie, Malsiliæ filium nomine Maldram sibi regem constituunt.

Theudoricus Emeritam depredari volens beatæ Eulaliæ martyris terretur ostentis.

3 Auitus tertio anno postquam à Gallis, & à Gotthis factus fuerat Imperator caret Imperio, Gotthorum promisso destitutus auxillio, caret, & vita.

In Orientis partibus septimo Imperij sui moritur Martianus.

Romanorum xlii. Maiorianus in Italia, & Constantinopoli Leo augusti appellantur.

1 Theudoricus aduersis sibi nuncijs territus, mox post dies pasche

C 3 quod

quod fuit quinto Kalē. Aprilis de Emerita egreditur, & Gallias repetens partē ex ea, quā habebat multitudine varię nacionis cum ducibus suis ad campos Gallętię dirigit, qui dolis, & periurijs instructi, sicut eis fuerat imperatum, Asturicam, quā iam prædones ipsius sub specie Romanę ordinationis intrauerant mentientes ad Sueuos, qui remanserant iussam sibi expeditionem ingrediūtur pace fucata solita arte perfidię. Nec more promiscui generis reperta illic cęditur multitudo. Sanctę effriguntur Ecclesię altaribus direptis, & demolitis: sacer omnis ornatus, & vsus auferitur. Duo illic Episcopi inuenti cum omni clero abducuntur in captiuitatem: inualidior promiscui sexus agitur miseranda captiuitas; residuis, & vacuis ciuitatis domib⁹ datis incendio, Camporum loca vastantur. Palentina ciuitas, & simili, quo Asturica per Gotthos perit exitio. Vnum Couiacēse castrum tricesimo de Asturica milliario à Gotthis diutino certamine fatigatum, auxilio Dei, hostibus & obstitit, & præualet quàm plurimis ex eorum manu interfectis, reliqui reuertuntur ad Gallias.

Aiulphus dum regnum Sueuorū aspirat Portucalli moritur mense Iunio.

Hunc Maldram appellat Isidorus in Chron. sed nos Maldram, ut erat in M. S. ubiq; reliquimus. Sueui in partes diuisi pacem ambiunt Gallęciarum, è quibus pars Frontanem, pars Maldram regem appellat. Solito more perfidię Lusitaniam deprędantur. Pars Sueuorum Maldram sequens acta illac Romanorum cęde, prædisq; contractis ciuitatem Olyssipponanam

sub specie pacis intrat.

Frontanes moritur per pascha, & ad Pentecostem iubente Maldra Sueui in solitam perfidiam versi regionem Gallęcię adherentem fluuio Durio deprędantur. Quinto idus Iunias, die quarta feria ab hora quarta in horam sextam ad speciem Lunę quintę, vel sextę. Sol de lumine Orbis sui minoratus apparuit.

2 Gotthicus exercitus duce suo Cyrilla à Theudorico Rege ad Hispanias missus mense Iulio succedit ad Bęticam. Legati Gotthorū, *Olym. 310.* & Vandalorum pariter ad Sueuos veniunt, & reuertuntur.

3 Theudoricus cum duce suo Hunnerico exercitus sui aliquantam ad Bęticam dirigit manum. Cyrilla reuocatur ad Gallias. Sueui nihilominus Lusitanię partes cum Maldra, alij cum Rechimundo Gallęciam deprędantur.

Eruli maritima conuentus Lucensis loca nonnulla crudelissimè inuadunt ad Bęticā protendentes.

Maldras fratrem suum germanum interficit, Portucalle castrum idem hostis inuadit.

Inter Sueuos, & Gallęcos interfectis aliquantis honestis natu malum hostile miscetur.

Legati à Nepotiano magistro militię, & ab Hunnerico comite missi sunt ad Gallęcos nunciantes Maioranum Augustum, & Theudoricum Regem firmissima inter se pacis iura sanxisse Gotthis in quodam certamine superatis.

4 Maldras in fine mēsis Februarij iugulatus merito perijt interitu.

Per Sueuos Luco habitantes, in diebus

diebus pasche, Romani aliquanti cum rectore suo Honesto saltu repentino securi de reuerentia dierum occiduntur in cursu.

Mense Maio Maioranus Hispanias ingreditur Imperator, quo Carthaginensem prouinciam pro tendente aliquantas naues, quas si bi ad transitum aduersum Vvandalos preparabat delitore Carthaginensi commoniti Vvandalis per proditores abripiunt. Maioranus ita à sua ordinatione perfrustratus ad Italiam reuertitur.

Pars Gothici exercitus ab Hūnerico, & Nepotiano comitibus ad Gallæciā directa, Sueuos apud Lucum depredatur, quæ Dictinio, Scifunione, & Alcanio delatoribus, spargentibusque; ad terrorem propriæ venena perfidię recurrit ad suos. Et sic mox eisdem delatoribus, quibus supra, Frumarius cum magna manu Sueuorum, quam habebat impulsus capto Idatio Episcopo septimo Kalē. Augusti in Aquæflauienti Ecclesia eundē conuentum grandi euertit excidio.

Rechimundus vicina pariter Auriensium loca, & Lucensis conuentus maritima populatur.

Inter Frumarium, & Rechimundum oritur de regni potestate dissensio.

Gallæcorum, & Sueuorum pacis quædam umbra conferitur.

A Theudorico legati ad Sueuos veniunt, & recurrunt.

Hunnericus Scalabim, cui aduersatur, obtinet ciuitatem.

Idatius, qui supra tribus mensibus captiuitatis impletis mēse No-

uembri miserantis Dei gratia, cōtra votū, & ordinationem sopradi-ctorum delatorū redit ad Flauias.

De rege Theudorico legati gentis perfidię reuertuntur.

Genfericus rex à Maiorano Imperatore per legatos postulat pacem.

5.1 Maioranū de Gallijs Romam redeuntē, & Romano Imperio vel nomini res necessarias ordinantē, Rechimer liuore percitus, & inuidorum consilio fultus fraude interficit circumuentum.

De huius Maiorani sepulcro vide Ennodii Ticinens. Episc. epigramate 135.

Romanorum xlv. Seuerus à Senatu Romæ Augustus appellatur anno Imperij Leonis quinto.

6.2 Hunnericus redit ad Gallias, Theudorico ordinante Arborium accipit successorem.

In prouincia Gallæcia prodigiorum videntur signa diuersa æra DVI. Nonas Martias pullorum cantu ab Occasu Solis Luna in sanguinem plena conuertitur. Idem die sexta feria fit.

Antiochia Maior Isauriæ inobediens monitis salutaribus terra de hiscente demergitur, tātū ipsius ciuitatis aliquantis, qui obaudientes timorem Domini sunt secuti de interitu liberatis turrium etiam solis cacuminibus extantibus super terram.

Genfericus Valentiniani relicta Constantinopolim remittit. Filia ipsius Gentoni Genferici filio, alia Olybrio senatori vrbis Romę iure matrimonij copulantur.

Agrippinus Gallus comes, & ciuis Ægidio comiti viro insigni inimicus, vt Gotthorum mereretur auxilia Narbonam tradidit Theudorico.

Aduersus Ægidium comitem vtriusque militiae virum (vt fama commendat,) Deo bonis operibus complacentem in Armorica provincia Fredericus frater Theudorici regis insurgens cum his cum quibus fuerat iuperatus occiditur.

Cum pelagorio viro nobili Gallæciæ, qui ad supradictum fuerat regem, Cirilla legatus ad Gallæciam veniens euntes ad eundem Regem legatos obuiat Rechimundi, qui reuersi in celeri reuertentem Cyrillam in Lucensi vrbe suscipiunt. Post cuius mox egressum de Gallæcia, Sueui promissionum suarum vt temper fallaces & perfidi diuersa loca infœlicis Gallæciæ solito deprædantur.

Per Theudoricum ad Sueuos Remismundus, & Cyrilla cum aliquantis Gotthis, qui prius venerant remittuntur Cyrilla in Gallæcia remanente Remismundo mox recurrente ad regem.

Inter Gallæcos, & Sueuos indisciplinata perturbatio dominatur.

Romanæ Ecclesiæ xliij. præsidet Episc. Hilarus.

7.3 Nepotianus recedit à corpore Frumario mortuo.

Remismundus omnibus Sueuis in suam ditionem regali iure reuocatis pacem reformat elapsam.

Mense Maio supradicti viri Ægidij legati per Oceanum ad Vandalos transeunt, qui eodem cursu Septembri mense reuertuntur ad suos.

Decimotercio Kalend. Augu-

sti die secunda feria in specie Lunæ quintæ Sol de lumine suo ab hora tertia in horam sextam cernitur minoratus.

Legatos Remismundus mittit ad Theudoricum; qui similiter suos ab Remismundum remittit cum armorum adiectione vel munerum, directa & coniuge, quam haberet.

Vvandali per Marcellinum in Sicilia cæsi effugantur ex ea.

Ægidius moritur, alij dicunt insidijs, alij veneno deceptus. Quo desistente mox Gotthi regiones inuadunt, quas Romano nomine tuebatur.

Sueui Conimbricam dolosè ingressi: familiam nobilem Cantabri spoliant & captiuam abducunt matrem cum filijs.

Legati eodem anno duabus vicibus à Rege Sueuorum mittuntur ad Regem Theudoricum, ad quem & Arborius proficiscitur euocatus.

8.4 Reuersi legati Sueuorum obijisse nunciant Seuerum Imperij sui anno quarto, qui supra remittuntur ad Conimbricam.

Ajax natione Gallata effectus apostata, & senior Arianus inter Sueuos regis sui auxilio honestis Catholicæ fidei, & diuinæ Trinitatis emergit de Gallicana Gotthorum habitatione hoc pestiferum inimici hominis virus aduectum.

Sueui aduersum Aurenensem faciunt plebem, qua de causa legati a Theudorico ad Remismundum mittuntur in cassum; spreti q; ab eo mox redeunt.

De

De Constantinopoli à Leone Augusto Anthemius frater Procopio cum Marcellino, alijsque comitibus viris electis, & cum ingenti multitudine exercitus copiosi ad Italiam, Deo ordinante, directus ascendit.

Romanorum xlvj. Anthemius octavo milliario de Roma Augustus appellatur anno Leonis imperij octavo mense Augusto.

9.1 Expeditio ad Africam aduersus Vandalos ordinata nauigationis importunitate reuocatur.

Per Theudoricum Salla legatus mittitur ad Remismundum regem Sueuorum, qui reuersus ad Gallias eum à fratre suo Eurico reperit interfectum.

Euricus pari scelere succedit in regnum, qui honore prouectus, & crimine legatos & ad Imperatorem, & ad Regem dirigit Sueuorum, quibus sine more à Remismundo remissis eiusdem regis legati ad Imperatorem, alij ad Vandalos, alij diriguntur ad Gothos.

De Aurenensi plebe, cui Sueuorum aduersabatur hostilitas Opilio cum viris secum de Rege profectis, & cum aliquantibus, qui cum ipso missi fuerant, reuertitur.

Gotthi, qui ad Vandalos missi fuerant, supradictę expeditionis rumore perterriti reuertuntur in celeri, pariter & Sueui, qui post legatos, more solito, per diuersa loca in prædam dispersi fuerant, reuocantur: sed paucis post mensibus ipse Rex Sueuorum ad Lusitaniam transijt.

2 Conimbrica in pace decepta diripitur: domus destruntur cum aliqua parte murorum habitatoribusque captis atque dispersis, & regio desolatur, & ciuitas.

Legati de Gotthorum Rege reuersi portenta in Gallijs visa aliquanta in conspectu similem nisi de continuo paruisse Solem alium visum. Solis Occasum; & congregatis etiam quodam die consilij sui Gotthi tela quę habebant in manibus à parte ferri, vel aciei, alia viridi, alia roseo, alia croceo, alia nigro colore naturalem ferri speciem aliquando non habuisse mutata. Media Tolosę ciuitatis eiusdem diebus ę terra sanguinem erupisse, totoque diei fluxisse curriculo.

Olymp. 312.

Ha, vt præterita præ vetustate M. S. littera excissa legi non potuerunt.

3 Legatorum Sueuorum reditū aliquanta Gotthorum manus insequens Emeritam petit.

Olyssippona à Sueuis occupatur ciue suo, qui illic præerat, tradente Lusidio: hac re cognita Gotthi, qui venerant, inuadunt, & Sueuos deprædantur, pariter, & Romanos ipsi in Lusitanie regionibus seruientes.

Legati qui ad Imperatorem missi fuerant redeunt, nunciantes sub presentia sui magnum valde exercitum cum tribus ducibus lectis aduersum Vandalos à Leone Imperatore descendisse directo Marcellino pariter cum manu magna eidem per Imperatorem Anthemium sociata; Rechimerum generum Anthemeij Imperatoris; & Patricium fractum; Asporem degradatum ad priuatam vitam; filium eius occisum; aduersum

Romanum Imperium visi, detestatiq, sunt Vandalis consulentes.

Hilaro defuncto sex sacerdotij sui annis expletis xlv. Romanæ Ecclesiæ Simplicius Episcopus ordinatur.

Aurenenses pacem cum rege faciunt Sueuorum, qui de Lusitaniæ, & conuentus Asturicensis quedam loca prædantes inuadunt.

Gothi circa eundem conuentum pari hostilitate desæuiunt, partes etiam Lusitaniæ deprædantur.

Lusidius per Remismundum cum suis hostibus ad Imperatorem in legatione dirigitur.

Durissimus extra solitum hoc eodem tempore annus Iberni, Veris, Æstatis, Auctumni in aeris, &

omnium fructuum permutatione diffunditur.

Signa etiam aliquanta, & prodigia in locis Gallæciæ prouidentur in flumine Minto, de municipio Lais milliario fere quinto capiuntur pisces quatuor noui visu, & specie (sicut retulere, qui ceperunt Christiani, & religiosi) Hebræis, & Græcis litteris, Latinis autem erarum numeris insigniti, ita CCCLXV. anni circulum continentes pari mensium interuallo. Haud procul de supradicto municipio in specie lenticulæ viridissimorum, vt heruæ, quædam forma granorum plena amaritudine diffluxit è Cælo, & multa alia ostensa, quæ memorare prolixum est.

FINIS.




AI

Al Lector.



On summa breuedad escriuieron los Antiguos las Historias, y hechos notable de los Reyes, Varones señalados, y sucessos del múdo, y así quedaró sepultados en oluido los q̄ merecian eterna memoria. Esta falta tiene España mas q̄ otra prouincia del múdo, pues de su poblacion y de los muchos siglos que corrieron, y varias, o diuerfas naciones que en ella entraron hasta los Cartagineses, Romanos, Vandalos, Alanos, Sueuos, Godos; No sabemos sino muy por rassa, lo que escribieron estrangeros, y otros cuentos, que parecen sueños, mas que Historias: y con ser tan notable la perdida de vna prouincia tan grande illustre, rica, codiciada de tantas naciones; y la fama y gloria de los belicosos Godos, prostrada y vencida por vnos Capitanes Barbaros Affricanos, ya que por la gran confusion que con tan cruel plaga auria entre los naturales, y mas cuydado de saluar las vidas, que de escriuir los hechos, y conquistas de grandes ricas y fuertes ciudades; No huuo vn vezino, Frances, o Romano que la escriuiesse: Ni se halla memoria cierta, en piedra, ni escritura que algo diga, hasta que Sebastiano Obispo de Salamanca, que fue en el año de 870. escriuio vna breue historia. Pocos años mas, o menos. Despues del, Sampiro Obispo de Astorga, que fue año 986. y vltimamente Pelayo Obispo de Ouiedo que fue año 1100. Estos son los tres autores mas graues y antiguos que tenemos despues que se perdiò España: y tan desgraciados que por malos escriuientes está en parte deprauados; y siendo dignas de estima estas pequeñas reliquias de nuestras historias, no ha auido quien las imprima; y se hallan tan pocas, q̄ casi todos, aunque las citan, las ignoran. Corregi las lo que pude, y aduerti lo que supe, y imprimilas para que todos tengan copia dellas.

SEBA-



SEBASTIANI SALMANTICENSIS EPISCOPI BREVIS HISTO-

ria ex codice vetusto Literis Cotthi-

cis exarato; Ecclesiæ

Ouetensis.

*V. Flores - Tomo 10 - de la España
degradada - pag. 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100*

*Pelagius
Rex Æra
DCCLVII.*



VNC Pelagium sibi filium quondam Fasilani Ducis, ex femine regio, Principem elegerunt: & arcam cum Sanctorum pignoribus quam in Asturijs simul transtulerunt; ei præcipuè ad defensionem traddiderunt. Hoc scriptura docet; quæ qualiter arca cum multorum pignoribus Sanctorum Oueto ab Hierusalem sit translata, inter præclara diuinæ bonitatis insignia, quæ pro affectu Ecclesiæ Catholicæ integritas collit, & celebrat: gratuita Christi clementia collata sibi, Sanctorum pignorum patrocina in huius mundi diuersa naufragia, quia ob tanti portus salutis suspirat, litora in clamat sanctos præcibus pijs,

quos inuocat patronos, altis cordium suspirijs, querit protectores, quos nonit aule cœlestis milites, quorum ergo præsentia reliquiarum, se credit, patrocinari: horum suffragio sedula deuotione leta consistit: nec fraudari poterit Sanctorum præsidio, quos quotidiano festinat obsequio, hæc fors Ecclesiæ in nonnunquã beata fidelibus populi celebrari prædicanda Christi pietas, quæ fonte regnatis nec succumbat fraudibus hostis Sanctos ordinavit præfides, quorum interuentu ipsi ex hoste triumphent fideles; multiplici igitur Sanctorum pignore scelix lætatur sedes Ouetensis, quæ ubi si feles populi pia ferant vota, arcam tenet spectabili opere auri cælarum: ubi præciosissima Sanctorum tenentur suffragia rotius Hispaniæ præsidio, & saluti adstantia. Hoc tam in tanto tam incomparabili thesauro, quo ordine diuina dispensatio locum

locum voluerit sublimare præfatum, prudens lector agnoscat, diligenti oculo percurrens gesta subscripta Romanæ dignitatis, facces obtinente Foca Cæsare gēs Persarum Romani nominis diuuius impatiens ferens iugum mouit, acerbissima in ipsam Rempublicam bella, à quorum Ducibus Romana potestas nimio belli pondere afflictā, in vltimo etiam acerrimè debellatam, plurimas Prouincias, ipsam insuper quam magno Pompeio quondam triumphantem sibi subiugauerat, victorianibus Persis à Romano iure alienam habuit Hierosolymam. Sed Foca exempto vita, Eraclius Monarchiam Imperij suscepit; cuius Imperij an. 16. Sclauī Græciam auferunt Romanis: Syriam, & Ægyptum eisdem substrahunt Persi, Romæ Eraclio principante, in Hispania Sisebuntus Rex Gothorum tenebat Sceptum, qui etiam ipse eiusdem Romanæ militiæ, quasdam vrbes, vir quippe Armis strenuus, obtinuit: & idem ipse, perfectè catholicus, Iudæos regno subditos ad Christi fidem conuertit. Itaque apud Romanos præfato Eraclio regni dignitatem administrante, apud Hispanos vero gloriosissimo Sisebuto regali diademate pollente, arca, quæ à discipulis Apostolorum fuit in Hierusalem facta, cuius præsentia nunc gloriatur Sedis Ouetensis sublimitas, diuersis quippè Sanctorum pignoribus referta, à religiosi diuinæ fidei viris, consilio salubri inito, ob Gentilium nimiam infestationem, & præcipuè,

ob hoc factam, à Cosdroe in templi Domini desolationem; ab Hierosolymis trāslata à Philippo Hierosolymitano præsbitero cum Hierosolymitanis, per Mediterraneum mare, primo in Affrica, ob Gentilium in ipsa Affrica inuassione factam, à Fulgentio Cuspensis Ecclesiæ Affricano Episcopo, Carthagine spartaria in Hispaniam est translata, Æra 659. Deinde post multa annorum curricula, Toletum est translata: & cum summa fidelium veneratione sedit vsque ad exitum vitæ Regis Ruderici: Æra DCCLXXIII. Quo in tempore est translata Ouetum, ordine scilicet hinc subscribto: iste nempe, Rudericus in soliditate diuinæ fidei minus firmus, in peccatis Vviticæ Regis sui prædecessoris gradus posuit, nec insertam in se manum diuinæ Iusticiæ ordine hoc attendit: filij namque Vviticæ immoderata inuidia, ob sui patris Regno exilium, ducti, & ipsius dominationem Ruderici, sua manchinantes consilia, caliditatis, in subuersionem Regni ad Affricam mittunt: per factores suos vocant Sarracenos, eosque aduectos nauigio Hispaniam inducunt, sicut superius legimus. Isti exitium hoc suæ gentis, non gladio destructionis, sed virga à Domino potius in se credentes, factum correctionis quantum in hoc eis propiciaretur summa diuinitas, à Principe Pelagio, siue & à Iuliano Pontifice, qui tunc temporis erat, cum Toletanus secum à Toletum arcam supradictam in Asturias transferunt: hunc locum sibi, & sanctorum ele-

Quo tempore fuit Ouetum translata arca reliquiarum anno Domini 735.

Rudericus Rex infestus peccatis Vviticæ.

Qui vocantur Sarracenos ad subuertendam Hispaniam.

Iulianus Episcopus Toletanus.

*Fraude Op
pæ Gotthi
perierunt.*

Couadonga

elegerunt maximè suffragijs, quia patria ipsa vallata asperitate montium, facile nulli hostium promittebat accessum. Dum vero Saraceni facta cognouerunt, statim ei per Alcamanem Ducem, qui & ipse cum Taref in Hispania irruptionem fecerat, & Oppanè Hispalensis sedis Metropolitanū Episcopū filium Vvitezani Regis, ob cuius fraudē, Gotthi perierūt; Asturias cum munera publica, & innumerabili exercitu miserūt. Cumque Pelagius ingressum eorum cognouit, in monte Aufeua se contulit in antra, qui vocatur Coua Sāctę Marię. Statimq; cum exercitu circumdedit: & appropinquans ad eum Oppas Archiepiscopus sic alloquitur dicēs: Scio te non letare frater qualiter omnis Hispania dudum sub vno Regimine Gotthorum esset constituta, & omnis Hispanię exercitus in vno fuisse congregatus. Ismaelitarum non valuit sustinere impetum, quanto magis tu in isto Montis foramine, te defendere poteris? Immo audi consilium meum & ab hac voluntate animum reuoca, vt multis bonis fruaris, & in pace Arabum omnia, que tua fuerunt, vtaris. Ad hęc Pelagius. Nec Arabum amicitijs sociabor, nec me eorum imperio subdebor. Sed tu non nosti, quod Ecclesia Domini lunę comparatur, & defectum patitur & rursus pretemptra ad pristinam plenitudinē per tempus reuertitur? Confidimus enim in Dei misericordia, quod ab isto modico monticulo, quem conspicias, sit Hispaniæ sa-

lus, & Gotthorum gentis exercitus reparatio, vt in nobis compleatur ille propheticus sermo, qui dicit. Visitabo in virga iniquitates eorum & in flagellis peccata eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eis. Igitur & si sententiam seueritatis per meritum excipimus, eius misericordiam in recuperatione Ecclesię, seu gentis, & regni venturam expectamus. Vnde hanc multitudinem Paganorum spernimus, & minimè pertimescimus. Tunc conuersus nefandus Archiepiscopus ad exercitum sic dixit, properate & pugnate, quia nisi per gladij vindictam non habebitis cum eo pacis foedera. Statimq; arma assumunt, & prælium cōmittunt; eriguntur fundibula, aptantur fundę, micant enses; crispantur hastę, ac incessanter emittuntur sagite. Sed in hoc non defuere Domini magnalia, nam cum à fundibularijs lapides fuissent emmissi, & ad domum Sāctę Marię semper virginis peruenissent, supermittentes hastas, reuertebant, & Caldeos fortiter trucidabant, & quia Dominus non diminuerat hastas, sed cui vult porrigit palmam, egressiq; fideles ex Coua ad pugnam, Caldei statim versi sunt in fugam, & in duabus diuisi sunt turmis: ibique statim Oppa Archiepiscopus est comprehensus, & Alcamam interfectus, in eodem namque loco centum viginti quatuor millia Caldeorum sunt interfecti Sexaginta vero, & tria millia, qui remanserunt inuerticem Montis Aufeue ascen-

*Immensa
clades Sar-
racenorum,
hęc facta
fuit secun-
dum hunc
Æra 756.
& Pelagius
fuit e-
leuatus.*

vulgo, Pe-
na Amaso-
na.

Vulgo, cof-
gaya.
Miraculum
admirandū.

Dux Mun-
nuza.

Pravia
vrbis qua

ascenderunt, atque per præruptā Montis qui à vulgo appellatur Amosa ad territorium Lebanensium præcipites descenderunt, sed nec ipsi dum euassent vindictā, nam cum per verticem Montis quæsitus est super Ripam fluminis Deuæ iuxta prædium quod dicitur Caufegadia, sic euidenter, iudicio Domini actū est, ut ipsius Montis pars se à fundamentis euoluens, sexaginta tria millia Caldeorum Stupeter in flumine proiecit, atque eos omnes oppressit. Vbi vsque nunc ipse fluuius dum tempore hyemali alueum suum implet, ripasque dissoluit, signa armorum, & ossa eorum euidentissimè ostendit. Non istud miraculum inane aut fabulosum putetis, sed recordamini, quia qui in rubro mari, Ægyptique Israelem persequentes dimersit, ipse hos Arabes Ecclesiam Domini persequentes, immenso Montis molle oppressit. Per idem tempus in hac regione Asturiensium in ciuitate Gegione præpositus Caldeorum erat nomine Munnuza, qui Munnuza vnus ex quatuor ducibus fuit, qui prius Hispanias oppresserunt. Itaque dum interim omnis exercitus gentis suæ compellisset, relicta vrbe fugam arripuit. Cumque Astures persequentes cum in locum Olaliensem reperissent, simul cum exercitu suo, eum gladio deleuerunt, ita ut ne vnus Caldeorum intra Pyrinei portus remaneret. Tunc demum, fidelium adgregantur agmina: populatur Pravia; restaurantur Ecclesie, & omnes in communi gra-

tias referunt Deo dicentes; Sit nomen Domini benedictum, qui confortat in se credentes, & ad nihilum deducit improbas gentes. Pelagius Rex post nonum decimum Regni sui annum completum, propria morte decessit, & sepultus est cum vxore sua Regina Gaudiosa territorio Cangas in Ecclesia sancte Eulalie de Velapnio.

Æra DCC.LXXV. filius eius Fabila Rex in regno successit. Qui propter paucitatem temporis nihil Historie dignum egit, quadam occasione leuitatis ab Vrso interfectus est anno regni sui secundo, & sepultus est cum vxore sua regina Fiorcua territorio Cangas, in Ecclesia Sanctæ Crucis, quam ipse construxit.

Æra DCC.LXXVII. Post Fabilani interitum Adefunsus, qui dicitur Catholicus successit in regnum. Vir magnæ virtutis, filius Petri Ducis, ex semine Leuigildi & Recharédi regum progenitus, tēpore Ægicani, & Vvitzani Regum, Princeps militiæ fuit, qui cum gratia diuina, regni suscepit scepra. Arabum multitudo sæpè ab eo fuit audacia comprehensa. Iste quantè gratiæ & virtutis, atq; auctoritatis fuerit, subsequenti acta declarant; simul enim cum fratre suo Froilano multa aduersus Sarracenos prælia gessit, atq; plurimas Ciuitates ab eis olim oppressas, cepit, id est, Lucum, Tudem, Portugalem, Bracharam Metropolitanam, Visseo, Flauias, Agattam, Letesmam, Salmanticam, Zemoram, Auilam, Secouiam, Asto-

primò à
Christianis
populatur
expulsis ab
Asturijs
Mauris.

Regnavit
19. annos.

Fabila Re-
gnat annos
duos.

Rex Domi-
nus Al-
fonsus Ca-
tholicus.

Astoricam, Legionem, Saldañam; Mahauē, Amayam, Septemiancā, Anca, Nelegia, Alanente, Mirandam, Renēdecam, Carbonariam, Abeicabruncam, Camiffauam, Alesanco, Oxoma, Cluniam, Argamciam, Septempuluicam; Ex cunctis castris cum villis, & viculis suis. Omnes quoq; Arabes occupatores supradictarum Ciuitatum interficiens, Christianos se-

Burgis populatur re- populatur postea præ Didacū Porcellum tempore Adefonsi Magni.

Vizcaya, Ordunia, Pampilo. Semper à suis possessa & Guipuzcoa.

Modo appellatur S. Petrus de Villa noua, ordinis Sancti Benedicti.

cum ad patriam duxit. Eo tempore populantur Primorias, Leuana, Transmera, Supporta, Carranca, Burgis, quæ nunc appellatur Castella, & pars maritimæ Galliciæ: Alaua namque Vizcaya, Araone, & Ordunia, à suis incolis reparantur, semper esse posse reperiuntur: Sicut Pampilona dictum est, atque Berroza. Itaque supradictus Adefonsus admodum magnanimus fuit, sine offensione erga Deum & Ecclesiam; vitam merito mirabilem duxit, Vaslicas plures construxit, vel instaurauit, regnauit annos xvij. vitam feliciter in pace finiuit, sepultusq; cum vxore sua regina Ermesunda terriorio Cangis Monasterio Sanctæ Mariæ, fuit. Nec hoc stupendum miraculum prætermittendum est, quod hora decessionis eius certissimè actum est. Nam cum spiritum emisisset in tempesta noctis silentia, & cum serui Pallatini dilligentissimè, corpus illius obseruassent, subito in aera auditur à cunctis excubantibus vox Angelorum psallentium. *Ecce quomodo tollitur iustus, & nemo considerat, & viri iusti tolluntur, & nemo percipit corde: à facie iniqui*

tatis sublatus est iniustus in pace erit sepultura eius. Hoc verum esse prorsus cognoscite, nec fabulosum dictum putetis; alioquin tacere magis eligerem, quam falsa promere maluissem.

FR O I L A R E X.

Æra DCC. LXXXV. Post Adefonsi decessum Froyla filius eius successit in regnum; hic mente, & armis acerrimus fuit, victorias multas egit aduersus hostem Cordubentem, in loco qui vocatur Pomptuno Prouincia Gallæciæ præliauit, eosque expugnatos quinquaginta quatuor millia Caldeorum interfecit, quorum Ducem adolescentem, nomine Aumar, filium de Abderrahamam Luenhistan captum in eodem loco gladio interemit. Rex iste Episcopatum in Ouetum Transtulit à Lucensi Ciuitate, quæ est in Asturijs, & ab Vandalis edificata fuit. Vascones reuelantes superauit, atque edomuit. Muniminam quandam adulescentulam ex Vasconum præda sibi seruari præcipiens, postea eam in regale coniugium copulauit, ex qua filium Adefonsum suscepit, Gallæciæ populos contra se rebellantes simul cum patria deuastauit, deindeque fratrem suum, Vimarane nomine, proprijs manibus interfecit: qui non post multum temporis iustè tallionem excipiens à suis interfectus est. Regnauit autem annos XI. & mensibus tribus, & sepultus cum vxore sua regina Munnia Ouetofuit.

A V R E L I V S R E X.

Æra DCCC. VI. Post Froilani interi-

Froila Rex

Translatio Cathedræ Episcopalis à Lucio in Ouetum. Lucus ciuitas fuit prope Ouetum.

Aurelius Rex.

interitum congermanus eius in primo gradu Aurelius filius Froilani fratris Adefonsi magni, successit in regnum, cuius tempore Libertini contra proprios dominos arma sumentes, tytannicè surrexerunt; sed Principis industria superati, in seruitutem pristinam sunt omnes redacti; prælia nulla exercuit, quia cum Arabibus pacem habuit, sex vero annos regnavit, septimo namq; anno in pace quieuit, & sepultus in Ecclesia Sancti Martini Episcopi in valle Laneyo, fuit.

Fortassis Lægreo.

SYLO REX.

Sylo Rex.

A Era DCCC.XII. Post Aurelij finem Sylo successit in regnum, eo quod Adosindam Adefonsi Principis filiam fortius est coniugem. Iste cum Ismaelitiscam pacem habuit, populos Galleciæ contra se reuellantes in monte Cupe rium, bello superavit, & suo imperio subiugavit. Deinde congregavit magnum exercitum militum & peditum multū nimis, & fuit in ciuitatem, quæ dicitur Emerita, & Beatissimam Virginem Eulaliam, quæ ibi à Calpurniano præfecto fuerat interfecta, & à Christianis sepulta, extraxit à sepulchro, in quo iacebat recondita, & misit in capsellam argenteam, quā ipse facere iusserat, & quartam partem cunabuli ipsius virginis ibi inuenit, quod cum corpore beatæ Virginis Eulaliæ fecit in Asturijs territorio Praviæ adduxit, & in Ecclesia sancti Ioannis Apostoli, & Euangelistæ, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & An-

Corpus Sanctæ Eulaliæ à Merita Oueti translulit, primitus Praviæ collocauit.

dreæ, quam ipse fundauit, eā posuit. Regnavit autem annos nouē, & in decimo vitam finiuit, & sepultus cum vxore sua regina Adosinda in prædicto Monasterio sancti Ioannis in Praviæ, fuit.

REX CASTVS.

Post aliquantos autem annos *Rex Castus.* Adefonsus Rex Castus ad Ecclesiam Saluatoris Ouentensis sedis, quam ipse fecerat memoratā Virginem Eulaliam, & prædictam cunabili partem transtulit, & in thesauro Sancti Michaelis Archangeli eam collocavit, & in cathena ferrea, quæ pendeat super arcæ, in qua diuersa, & multa Sanctorum pignora sunt recondita, iussit prædicatam capsellam cum beata Eulaliâ pendere: cunabili vero partem (de qua prædiximus) erat ista consuetudo, vt in festiuitate iam dictæ Virginis deducerent in choro, & venerari à fidei populo.

ADDITIO PELAGII Episcopi Ouetensis.

Post multorum vero curriculum annorū sub Æra M.C.X. Pelagius Ouetensis Ecclesiæ Episcopus quadam die introiuit in prædicto thesauro vt oraret, & interrogavit custodes thesauri nouos, & vetustissimos, quæ res iacebat in prædicta capsella: illi autem dixerunt se nescire quid intus eam erat. Ipse vero Episcopus, accepit & aperuit eam, & intus eam inuenit scriptam chartam cum corpore beatæ Virginis Eulaliæ; Tunc temporis Canonici eiusdem loci magno gaudio gauisi

D uissi

uifsi sunt, & in fequenti dominica leuauit eam cum magno honore in principali Ecclesia, & vt effet propalata caufa ifta in omni orbe fecit eam videre nomine XXX. foeminis, & plusquam centum uiris. Deinde capsellam ipfam duxit prædictus Epifcopus in aliam capfeam maiorem argenteam, quæ ibi dederat Rex dominus Adefonfus filius Fredinandi Regis, & Sæctiæ Reginæ, & pofuit eam in thefauro iam dicto ubi à fidelibus populis veneratur. Deinde inquisiuit & inuenit in Narbonenfi Prouintia refponfa & Antiphonas, quæ funt fupertaxatæ uirginis, & iufsit ea fcribere & canere ubiq;.

MAUREGATVS REX.

A Era DCCC. XXI. Sylo defuncto, Regina Adoffinda cū omni officio Palatino Adefonfum filium fratris fui Froilani Regis in folio conftituerunt. Paternos præuētos fraude Mauregati patruī fui filij Adefonfi maioris de Seruatū natu: à regno deiectus, apud propinquos matris fuæ in Alauam commemoratus eft. Mauregatus autem regnum, quod calidè inuaſit, per ſex annos vindicauit, morte propria diceſſit, & ſepultus in Eccleſia ſancti Ioannis Apoſtoli in Præuia, fuit.

Mauregatus.

VEREMVNDVS REX.

Veremundus Rex.

Sepultus modo in Monasterio S. Petri Ioannis

A Era DCCC. XXVII. Mauregato defuncto, Veremundus Suprinus Adefonfi maioris filius uidelicet Froilani fratris fui tres annos regnauit, ſpontè regnum dimiſſit, remiſcēs ordinem ſibi

olim impoſitum diaconij; dimiſſis filijs paruulis, Remiro, & Gardinia ſuprinum ſuum Adefonfum, quē Mauregatus à Regno expulſerat; ſibi in regnum, ſucceſſorem fecit in Æra DCCC. XXX. Et cū eo plurimis annis chariſſimè uixit, vitamq; in pace finiuit. Sepultus eſt Oueto.

De Arca reliquiarum è Toletis in Aſturias translata.

NOS uerò iam paulo ſuperius legimus lectionem memorati Regis; nunc reuertamur ad arcã quam Princeps Pelagius, & Toleranus Archiepiſcopus Iulianus in Aſturijs tranſtulerunt, ex qua ſuperius legimus, & uideamus, quidnam ſit ex ea his temporibus. Ipa in primis manſit arca in antris; deinde in tabernaculis (ſicut & ipſa arca Domini ante ædificationem templi uſq; ad Regnū prædicti Adefonfi Regis cognomine caſti. Huius regni anno tertio Arabum exercitus Aſturias ingreſſus cū proprio Duce Mohet nomine, in loco qui dicitur Lucus ab Adefonſo Rege præoccupatus, & ſuperatus ſeptuaginta milibus Arabum ferro acceno interfecti ſunt, fugam dederunt cæteri. Iſte multiplici uirtutū flore ornatus, ab omni fraude alienus, primus Solium regni Oueti firmavit; hic mente pertractans ſagaci, diuinæ hoc eſſe pietatis quod arca præſerta intra fines teneretur ſui regni, in hoc ipſe iam alter Salomon cogitauit templum conſtituere, & conſtruere, in quo pauſaret; quæ hæc e-

de Corias ordinis S. Benedicti.

Hæc quæ hic de arca referuntur, non ſunt Sebaſtiani; fortaſſis Pelagij Epifcopi Ouetenſis.

Inſigni à Rege Adefonſo in ualle de Luniego uictoria.

hactenus erat absq; loci certitudine præmissæ sanctitatis arca. Basilicam igitur intra Ouetum, vt præmissimus, sui regni Solio, in honorem Saluatoris ac Redemptoris nostri Iesu Christi eleganti opere construxit, & exinde specia liter ipsa Basilica Sãcti Saluatoris est nuncupata &c. Adiecit non humano, sed potius diuino hoc præmonstrate consilio, in parte ipsius principalis altaris dextra Apostolorum sena altaria, totidem possessitis Apostolorum aris: In partem sinistram adhaerentem ipsi S. Saluatoris Ecclesiæ, basilicam à parte Septemtrionali in honorem Sanctæ Mariæ semper Virginis mirificã ædificauit. Vnde in latere Occidentali eadem ad Regum corpora condẽda, possuit, vbi ipse Rex gloriosus summa cum ueneratione tumultuſ quiescit. Subiungitur ipsi Ecclesiæ S. Mariæ à parte Septemtrionali tẽplum in memoriam S. Ioannis Baptiste constitutum, in quo translatum est corpus beati Pelagij Martyris post multum annorum discursum, qui sub Rege Abderramam Corduba in ciuitate subiit martyrium. A latere Meridionali in vltima parte Ecclesiæ S. Saluatoris, fit per gradus, S. Michaelis Archangeli Ecclesiam Rex beatę memorię possuit, vbi ob securitatem loci, adhibita tamen multipliciter ferarum ferri, arcam gloriosissimam transtulit. Hoc factõ, credens esse ad firmitatẽ sui Regni, & ad totius salutem populi, concurrerunt ad pia sanctorum suffragia Hispaniæ fideles, vota cum deuotione feren-

*Monasteriũ
Sancti monialium ordinis diuini Benedicti, quod modo vocatur S. Pelagij Monasterium.*

tes, & accepta benedictione à Põrifice inibi præsidente reuissunt loca patrię, dimissam tertiam partem pœnitentiæ. Iã dictus Rex ad augmentum, & sui decorẽ Regni basilicam in honorem sancti Martyris Tirsi propè Palatium condidit; cuius operis pulchritudo plus præsentibus potuit mirari, quã scripto possit laudari. Infra basilicam S. Michaelis supra scriptam, in honorã S. Virginis Christi Leocadię stat basilica opere firmo lapide laqueata, & arcuata, quę habetur venerabilis, multis ibi repositis præciosiorũ Martyrum reliquijs. Ædificauit in super Ecclesiam Rex Adefonsus à Circio, quæ est atrium vnum distans à suo Palatio in memoriam Sancti Iuliani Martyris, circumpositis altaribus geminis mirifica instructione decoris. Sed regalia Palatio balluca Triclinia prætoria; quis satis pro ipsa pulchritudine valeat cõmẽdare? Habuit tum in Galliam sponsam nomine Bertinaldam ortam ex regali germine, quam nõquam vidit. His igitur præmissis, quæ arca Sanctorum gloriosissima teneat pignora scripto sub titulauimus, eam manifestantes populis fidelibus. Tenet enim christalinam ampulam cum cruore Domini fuso; videlicet a latere illius imaginis, quã quidam Christicola verè in vrbem secum adduxit, quam quorundam Iudeorum perfidia ad depressionem veritatis Christi crucifixi, Christi ligneam effigiem lignę crucis perforauit in latere, de quo exiuit sanguis & aqua ad ipsorum Iudeorum per-

Memoria reliquiarũ quæ sunt Ouetõ.

fidiam conuincendam, & Sanctæ Ecclesię fidem roborandam. De ligno Domini, de sepulchro Domini, partem ex spinea corona, de Sindone Domini, de tunica Domini, de pannis vbi iacuit in præsepio inuolutus. De pane, quo faciavit Dominus quinque millia hominũ. De pane cænę Domini, de Manna, quam pluit Dominus filijs Israel, de terra montis Oliueti, vbi Dominus ascensus pedes tenuit, de terra vbi Dominus pedes tenuit, quando Lazarum resuscitauit. Et de sepulchro ipsius Lazari, & quod est dignum summa veneratione in Ecclesia sancti Saluatoris habetur vna ex sex hidriarũ, in quibus Dominus in nuptijs aquam vertit in vinum, vt Evangelica mōstrat veritas integra. De lacte Matris Domini, de vestimēto eius: ipsum palium, quod dedit ipsa Regina Cœli Ildefonso Tolletanæ sēdis Archiepiscopo pro laudibus in honore sanctæ ipsius virginitatis celebritatis, vbi ipse sanctus Episcopus gloriosus contulit aduersus heresiarchas Eliudium, atque Louinianum, sic dicens illi, circumstantibus, tam Angelorum, quam & Sanctorum multiplicibus choris, innarrabili luce circumscriptis: *Accipe hoc munus, quod tibi de thesoro filij mei attuli.* Manus Sancti Stephani, Sandale dextrum Sancti Petri Apostoli, frons Ioannis Baptistæ, de capillis Innocentium, & articulis digitorum, de ossibus trium puorum Ananiæ, Azariæ, & Misaelis, ex capillis, quibus Maria pedes Domini terfit, de petra Mōtis Sy-

Casulla Ildefonsi.

nai, de palio Helię, partem piscis Assi, & faui mellis; est ibi verò clauis paruula in qua est ferrum de cathenis beati Petri Apostoli inclusum, & crucem qua est lignum Domini, & capilli beati Ioannis Baptistæ, quod Beatus Gregorius Papa ad beatum Leandrum Hispalensis Ecclesię Archiepiscopũ transmissit. Multa præterea Sanctorum ossa Prophetarum, multa etiã aliorum Sanctorũ Martyrũ Confessorum, atque sanctarum Virginnũ diuersa pignora, ibi in capteis aureis, & argenteis tenentur recõdita, quę nos scribere omnia ipsa abnegat infinitas. Crux ibi monstratur opere angelico fabricata spectabili modo. Nunc reuertamur ad superiorem historiam vnde incepimus.

HVCVSQVE PELAGIVS.

Hius regni anno tricesimo, *Prosequitur Adefonur* geminũ Caldeorũ exercitũ Galleciã *si castri hystoriam Sebastianus.* petijt, quorũ vnus Ducum eorũ, vocabatur Alahabaz, & alius Niclihi, vtriq; Alcorexis. Igitur audacter ingressi sunt: audacius & delicti sunt; vno namq; tēpore, vnus in loco, qui vocatur Naron, alter in fluuio Anteo perierunt. Subsequente itaq; huius regni tēpore adueniens quidã vir nomine Mohamuti fugitiuus à facie Regis Cordubensis Abderrahaman, cui rebellionē diurnā iniecerat, ciues quondã Emeritēsis, susceptus est clemētia regia in Gallecia: ibique per septem annos moratus est, octauo vero anno adgregata manu Sarracenorum conuezinus prædauit, seq; tutandum in quodam

dam Castro, qui vocatur Sancta Christina, contulit. Quod factum est vt regalibus auribus nunciatum est præmonens, exercitum Castellum in quo Mahamut erat, obfedit acies ordinatus, Castellum vallatoribus vallat, moxque in prima congressione certaminis famosissimus bellator machinavit, occiditur; cuius caput regijs aspectibus præsentatur, ipsumque castrum inuaditur, in quo ferè quinquaginta millia Sarracenorum, qui ad auxilium eius ab Hispania cõfluxerunt, detrun- cantur, atque foeliciter Adefon- sus victor reuersus est in pace O- ueto: sicque per quinquaginta & duos annos, castè, sobriè, immacu- latè piè ac gloriôsè regni guber- nacula gerens; amabilis Deo, & hominibus gloriosum spiritum ad cœlum emmissit: corpus ve- rò eius cum omni veneratione exequiarum conditum in supra- dicta ab eo fundata Ecclesia San- ctæ Mariæ in Ecclesia Ouetensi saxeo tumulo quiescit in pace.

Hispaniam Beticam hoc tempore antiqui vocabatur. Quinquaginta & duos annos regnavit Adefon- sus.

RAMIRVS I. REX.

Æra 880. Ramirus hu- ius nominis primus. **A** Era DCCC.LXXX. Post A- defonfi diceffum Ramirus fi- lius Veremūdi Principis, electus est in Regnum, sed tunc temporis ab- sens erat in Burgensem Prouinciã ad accipiendam vxorem. Propter huius absentiam accidit, vt Ne- potianus Palatij comes Regnum sibi tyrannicè vsurpasset. Itaque Ramirus vt didicit cogermanum suum in secundo gradu Adefon- sum castum à sæculo emigrasse,

& Nepotianum, regnum inuasif- se Lucensem ciuitatem Galleciæ ingressus est, sibi que exercitus to- tius Prouincię adgregauit. Post paucum vero temporis in Astu- rias irruptionem fecit: cui Nepo- tianus occurrit ad Pontem fluuij Narcei; adgregata manu Astu- riensium, & Vasconum nec mo- ra; à suis destitutus, in fugam est versus; captusque à duobus Co- mitibus, Scipione videlicet, & So- miani in territorio Praviense: sic digna factis recipiens è vulsis oc- culis, Monasterio deputatus est. Itaque subsequenti tempore Nor- manorum clases per Septemtri- onalem Oceanum ad litus Ge- gionis Ciuitatis adueniunt, & in- de ad locum, qui dicitur Farum Bregantium perueniunt: quod vt comperit Ramirus iã factus Rex missit aduersus eos exercitum cū Ducibus, & Comitibus, & multi- tudinem eorum interfecit, ac na- uesigne combusit; qui vero ex eis remanserunt, Ciuitatem Hispa- nię Hispalim irruerunt: & præ- dam ex ea capientes plurimos Cal- deorum gladio, atque igne inter- fecerunt. Interim Ramirus Prin-

Prope Cor- nelianam, territorio de S. las. Normano- rum Clases in vadit Asturias.

Bellis, sedi- tionibusq; ciuilibus im- dam ex ea capientes plurimos Cal- deorum gladio, atque igne inter- fecerunt.

Nimia bre- uitate tan- ti Regis hi- storiã nar- rauit, & si- tentio præ- terijt famo- sissimam pu- gnã de Clauo. Quo- modo cele- brant ali- qui.

rum millia pasuum miræ pulchritudinis, perfectique decoris, multa etiam non longè à supradicta Ecclesia condidit Palatia, & Balnea publica, atque decora: nam aduersus Sarracenos bis præliavit, & victor extitit; completo autem anno Regni sui septimo, Ouecto in pace quieuit, cum vxore sua Regina domina Paterna.

ORDONIVS .I. REX.

*Æra 887.
Rex Domus
Ordonius I.*

Catholicus.

*Getulus, id
est Apostata
& fidei; na-
i dicitur Arabs
seu Affer.*

A Æra DCCC.LXXXVII. Ramiro defuncto; Ordonius filius eius successit in Regnum, qui magnæ patientiæ, atq; modestiæ fuit. Vxorem quoque nomine Mummadonna habuit; ex qua hos subscriptos filios genuit: Adefonsum, Veremundum, Nummum, Odoarium, Proilanum, sue & Aragoniam filiam: Ciuitates desertas ex quibus Adefonsus maior Caldeos eiecerat, iste repopulauit: id est, Tudem, Astoricã, Legionem, Amayam, Patriciã. Aduersus Caldeos sæpissimè præliatus est. In primo anno, Ordonius Regni sui, cum aduersus Valcones reuellantes exercitum moueret, atq; illorum patriam suo iuri subiugasset, illo ad propria remeante, Nuntius aduenit dicens: Ecce Rex a Ierusalem hostis Arabum adest. Illicò Rex ferrum, & acies ad illos inuertit, nec minimam turbam fugauit. Et vibrante mucrone truncauit: sed nec illud filebo, quod verum factum esse cognosco, Muza quidam nomine, natione Getulus, sed ritui Mahometano cum omni gentis suæ deciprus, quod Caldei vocant Ben-

zazi contra Cordubensem Regem rebellauit, eique multas ciuitates partim gladio, partim fraude, inuasit, Prius quidem verbo Cæsaraugustam. Deinde Tutellam, & Oiscam, postremo Toletum, ubi filium suum nomine Lupum posuit præfectum. Postea in Francos, & Gallos arma conuertit: multas sibi strages, & prædas fecit. Duos vero Francorum magnos duces, vnum nomine Sanctionem, & alium Eprenionem fraude cœpit, & eos victos in carcerem misit. Ex Caldeis duos magnos tyrannos, vnum ex genere Alcorregi, nomine Ibennamûza, alium militem nomine Alpor cum filio suo Azet; partim pater Muza, partim filius eius Lupus, præliando cœperunt: vnde ob partam victoriæ causam tantum in superuiam intumuit, ut se à suis tertium Regem in Hispania appellare præcepit. Aduersus quem Ordonius Rex exercitum mouit, & ad Ciuitatem quam ille nouiter miro opere instruxerat, & Albelda nomine imposuit; Rex cum exercitu ad eam venit; & munitione circumdedit. Ipse vero Muza, cum innumera multitudine aduenit, & in Mõre cui nomē est Laturce tentoria fixit. Rex verò Ordonius exercitum in dua dimisit capita, vnum, qui Ciuitatem obsideret, alium, qui contra Muza dimicaret: statimq; prælium committitur, & Muza cum exercitu suo fugatur: tanta in eis cæde vacati sunt, ut plusquam decem millia Magnatorum pariter cum genero suo nomine Garseato exceptis plebibus intercepta sunt. Ipse vero

Insignis Ordonij victoria in monte Laturce prope Clunium.

Fortassis; Maurorum

*Ciuitas vocabatur Vi-
karia in Al-
beida, modo
Viguera.*

veroter gladio confusus semi vi-
uus euasit: multumq; ibi bellicè
ad paratum, siuè & munera quam
ei Carolus Rex Francorum dire-
xerat perdidit, & nūquam postea
effectum victoria habuit. Rex ve-
ro Ordonius omnem exercitum
ad Ciuitatem applicauit in eam
quoq; septimo die irruptionem
fecit, omnes viros bellatores gla-
dio interfecit, ipsam vero Ciuita-
tem vsq; ad fundamenta destru-
xit, & cum magna victoria ad pro-
pria repedauit. Lupus vero filius
eiusdem Muze, qui Toletō Con-
sul præerat, dum patre quod supe-
ratus fuerat audiuit, Ordonio Re-
gi cum omnibus suis se subiecit,
& dum vita hac vixit subditus ei
fuit. Post vero cū eo aduersus Cal-
deos multa prælia gessit, multas
& alias Ciuitates iam sæpe dictus
Ordonius Rex præliando cœpit,
id est, ciuitatem Cauriensem cū
Rege suo nomine Zerti, aliam ve-
ro cum similem eius ciuitatē Ta-
lamankam cum Regè suo nomi-


ne Mazeror, & vxore sua; bella-
tores omnes eorum interfecit, re-
liquum vero vulgus cū vxoribus,
& filijs sub corona vendidit. Ite-
rum Normani piratæ his tempo-
ribus ad nostralittora peruenerūt.
Deinde Hispaniam, perrexerunt
omnem eius maritimam gladio,
igneq; prædando dissipauerunt.
Deinde mari transuecti Nacchor
ciuitatem Mauritanie inuasserūt,
ibique multitudinem Caldeorum
interfecerunt, deinde Maioricam
Formenteram & Minoricam insu-
las adgressi gladio, depopulaue-
runt. Post Græciam aduecti, post
triennium in patriam sunt reuer-
si. Ordonius suprafatus Rex post
XVI. anno impleto, morbopo-
dragrico correptus, Ouetō est de-
functus, & in Vasilica Sanctæ Ma-
rie cum Prioribus Regibus est tu-
mulatus, foelicia tempora duxit
in regno foelix extat in cœlo, &
qui hic nimium dilectus fuit à po-
pulo, nunc autem letatur cum San-
ctis Angelis in cœlestibus regnis.

*Normani
piratæ iterū
littora His-
panie infe-
runt.*

*Regnavit
anno. xvj.
Obijt, æra
903.*

*Explicit Historia Sebastiani Epif.
Salmanticensis*

D 4 SAM.



SAMPURI ASTO- RICENSIS ECCLE- SIÆ EPISCOPI HISTORIA.

Ex codice Ouetensi litteris Gotthi-
cis exarato, transumpta.

ADEFONSVS III. REX.



*In Gallæcia
uiente pa-
tre capit
hoc anno re-
gnare ut
mos erat a-
pud priscos
Reges; Mor-
tuo patre,
& in Gelle-
cia, & in
Legione re-
gnauit Era-
903. in fine
huius anni.*

*Ciuitas an-
tiquissima
in prærupto
monte iux-
ta flumen
Porma. vo-
cata Sublan-
cia.*

E R A
DCCC.
LXXXVI.
Adefon-
sus filius
Domini
Ordo-
nij suc-
cessit in

Regno, hic fuit vir bellicosus vn-
diq̄ue partibus satis exercitatus.
In ingressione Regni annos ge-
rens ætatis 14. filius quidam per-
ditionis Froila Veremundi ex
partibus Gallæciæ venit ad in-
quirendum Regnum sibi non de-
bitum. Rex vero Adefonsus hæc
audiens recessit in partibus Ala-
bensium. Ipse vero nefandus Froi-
la à Senatu Ouetensi interfectus
est. Hoc audiens Rex ad propria
remeauit, & gratificè susceptus
est, ex inde venit legionem ac po-
pulauit Sublanciam, quod nunc
à populis Sublantia dicitur, &
etiam ciuitatem mirificam. Ipse

vero istis satagens operibus, nun-
tius ex Alabis venit, eo quod in-
tumuerant corda illorum contra
Regem. Rex vero hæc audiens
illuc ire disposuit, Terrore aduen-
tus eius compulsi sunt, & subito
iura debita cognoscentes suppli-
ces colla ei miserunt; pollicentes
se Regno & ditioni eius fideles
existere, & quod imperaret e-
fficere. Sicq̄ue Alabam obten-
tam proprio imperio subiuga-
uit. * Eylonem vero, qui co-
mes illorum videbatur, ferro vin-
ctus secum Ouetum adtraxit. In-
terea ipsis diebus Hismaelitica
hostis urbem Legionensem ad-
temptauit cum duobus Ducibus
Imundar, & Archamiatel: ibiq̄ue
multis millibus ammissis, alius
exercitus fugiens euasit. Non
multo post vniuersam Galliam si-
mul cum Pampilona, causa cogna-
tionis secum adlociauit uxorem
ex illorum prosapia gerens; acci-
piens, nomine Xemenam: hos
quatuor

* Sibe Eya-
donem.

quatuor subscriptos filios ex ea genuit. Garfeanum, Ordonium Froilanum, & Gundinsalum, qui archidiaconus Ecclesie Ouetensis fuit. Studio quippe exercitum concordantem feruore victoriarum multos inimicorum terminos sortitus est. Lencam urbem iste capit, atque ciuibus illius captis plurimis igne turre consumptis Alenzam pace acquisiuit. Tunc Ecclesiam in compostella prosequitur, vbi corpus beati Iacobi Apostoli quiescit eam quam construxerat Rex Dominus Adefonsus magnus ex lapidibus ex luto opere, paruam, Rex iste precipitauit, & ex calce, quadratisque lapidibus, marmoreisque columnis, siue vasis construxit eam valde pulcherrimam. *Ara DCCC. LXXX. fecit etiam Castella plurima, & Ecclesias multas, sicut hic subscriptum est in territorio Legionensi, Lunã Gordonem, & Aluam in Asturijs, Tutellam, Gauzonem. Intra Ouetum Castellum, & Palatium, quod est iuxta eum, & Palatia, quæ sunt in valle Bordis in Gegione. Incultricies Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Palatia in Vellio Ecclesiam Sancti Michaelis. In his diebus frater Regis nomine Froilanus, infert necem Regis detractans aufugit ad Castellam. Rex quidem Dominus Adefonsus adiutus a Domino cœpit eum, & pro tali causa oruauit oculis hos fratres simul: Froilanum, Numum, etiam & Veremundum, & Odarium; ipse verò Veremundus orbatus fraudulenter ex Oueto exiuit, & A-*

DCCC. LXXX. vi uente patre & in sola Gallacia regnante.

storicam venit, & per VIII. annos Tyrannidem gessit Arabes secum habens vna cum ipsis Getulibus exercitum Grajal direxit. Rex verò Adefonsus hæc audiens sub viam illos processit, & eos usque ad interemptionem deleuit; cæcus verò ad Sarracenos fugit, Tunc edomuit Rex Astoricam, simul & Ventosam; Conimbriam quoque ab inimicis obsessam defendit; suoque Imperio subiugauit; cesserunt etiam armis illius plurimæ Hispaniæ vrbes. Eius quoque tempore Ecclesia ampliatam est, vrbes namque Portugalens, Bracharensis, Vesensis, Flauenfis, Tudensis, Christianis populantur, & secundum sententiam Canoniam Episcopi ordinantur, & usque ad Flumen Tagum populando producit, ob cuius Imperium Dux quidam Hispaniæ, & Proconsul nomine Abohalit bello comprehensus, Regis obrutibus est presentatus, qui se redimens precio centum millia solidorum in redemptionem suam dedit. Per idem ferè tempus Cordubensis exercitus venit ad Ciuitatem Legionensem, atque Astoricensem urbem, & exercitum Toleranæ vrbes, atque alium ex alijs Hispaniæ ciuitatibus post eum venientem in vnum secum adgregare voluit ad destruendam Dei Ecclesiam. Sed prudentissimus Rex per exploratores omnia cognoscens magno Dei consilio iuuante, instar adiutus; Nam Cordubense agmen post tergum relinquens sequenti exercitu obuiam apparuit, illi quidem præmul-

Getulus .I. Affer.

Populantur ciuitates plurima de corantur suis Episcopis, & sedibus.

D^o 5 mul-

multitudine nil metuens Poluorariam tendentes venerunt; sed gloriosissimus Rex ex latere Syluę progressu irruens super eos in prædictum locum Poluorarię iuxta flumen, cui nomen est Vrbicum, vbi interempti ad XII. millia corruerunt. Ille quidem alius exercitus Cordubensis, Valledemora venit fugiendo. Rege vero eos persequente omnes ibidem gladio interempti sunt, nullus inde euasit præter decem, inuolutos sanguine inter cadauera mortuorum. Post hæc Agarenos ad Regem Adefonsum legatos pro pace miserunt; sed Rex per triennium illis pacem accommodauit; fregit audaciam inimicorum: ex hinc magna exultauit Ecclesia. Et cum tantis triumphis, siue & prospera haberet, lætatus est nimis, & velociter presbyteros suos Seuerum, siue & Synderedum Romam ad Papam Ioannem cum literis suis misit, & reuersi à Domino Papa vna cum Rainaldo gerulo suo, & cum subscriptis epistolis licentiamq; consecrandi Ecclesiam beati Iacobi Apostoli, siue & concilium celebrandi cum Hispanis Episcopis.

Ioannes Papa huius nom. 8.

Epistolę Domini Pp.

Æra 909.

Hanc epistolam adportatam de vrbe Romę à duobus presbyteris Seuero & Synderedum mense Iulio, Æra Dcccc. viii. Ioannes Episcopus Seruus seruorum Dei Adefonso Christianissimo Regi, seu cunctis venerabilibus Episcopis, Abbatibus, vel Orthodoxis Christianis Quia igitur in cura nos totius Christia-

nitatis beati Petri Apostolorum Principis sempiterna prouidentia efficit successores, ea Domini nostri Iesu Christi constringuntur ad hortationem qua Beatum Petrum Apostolum quadam voce priuilegij monuit dicens; Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauas Regni Cœlorum, & reliqua. Huic rursus imminente Domini nostri articulo gloriosę passionis inquit. Ego pro te rogavi, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ideoque, quia vestrę notitię fama per hos fratres limina Apostolorum lustrantes per Seuerum presbyterum, & Synderedum, necne presbyterum nobis miro odore bonitatis est reuelata, paterne vos adhortatione commoneo in inceptis bonis operibus gratia Dei, duce, perseuerare, quatenus vos copiosa beati Petri protectoris vestri, & nostra protegat benedictio, & quotiescumque filium etiam ad nos venire quilibet vestrum aut transmittere voluerit, tota cordis exultatione & animi gaudio de vltimis Gallacię finibus, cui vos Rectores præter me Dominus restituit tamquam iure filios nostros vos colligimus, & Ecclesię Ouertensi, quam vestro consilio, & assidua petitione Metropolitanam constituimus, omnes vos subditos esse mandamus, & concedimus etiam prædictę sedi, vt ea, quę à Regibus, seu quilibet fidelis iustè obtulerint velin futuro Domino opitu-

opitulante contulerit, ratum firmum, & in concusum manere in perpetuū præcipimus. Hos quoq; latores litterarum nostratum, omnes ortor, vt habeatis commendatos benè. Valete.

Item alia epistola ab eodem Papa Romense directa per Raynaldum Gerulum mente Iulio, Æra DCCCC.VIII.

Ioannes Episcopus seruus seruo uorū Dei. Dilecto filio Adefonso glorioso Regi Galliciarū, litteris deuotionis vestre suscipientes, quia deuotū vos esse cognouimus erga nostram sanctā Ecclesiā, gratias vobis multiplices referimus. Dominū exorantes, vt vigor Regni vestri abundet, de inimicis vestris victoriā vobis concedat. Nā nos, fili charissime, sicut petijstis, sedulas preces Domino fundimus, vt Regnū vestrū gubernet, vos saluos faciat, custodiat & protegat, & super omnes inimicos erigat, Ecclesiā autem beati Iacobi Apostoli ab Hispanis Episcopis consecrari facite, & cū eis conciliū celebrate, & nos quidem gloriose Rex, sicuti vos, a Paganis iā constringimur, & die ac nocte eū illis bella cōmittimus; Sed Omnipotens Deus donat nobis de illis triūphū; huius rei gratia rogamus dilectionē vestrā, & animū deprecamur, vt quia (vt diximus) valde à paganis opprimimur, aliquantos vtilis, & optimos Mauristos cum armis, quos Hispani cauallos Alpharaces vocant, ad nos dirigere non obmittatis, qualiter nos recipientes, Dominū collaudemus, vobis gratias referamus, & per eorū

Eccleam s. Iacobi iubet consecrari Conciliumq; Oueto celebrari.

portatorē de benedictionib⁹ S. Petri vos remuneremus. Benè, vale dilectissime fili, & clarissime Rex.

Vissis itaq; Rex epistolis, magno gaudio gauissus est, tunc constituit diē consecrationis iā dictæ Ecclesię, siue & conciliū celebrandū apud Ouetum cum omnibus Episcopis, qui in illius erant Regno, ij sunt; Ioannes Ocensis. Vincētius Legionēsis, Gomerus Asturicēsis, Hermegildus Ouetēsis, Dulcidius Salmanticēsis, Iacobus Cauriensis, Nauustus Conimbriensis. Argimirus Lamecensis, Theodemirus Vessenis, Gumadus Portugalsis, Argemirus Bracharensis, Didacus Tudensis, Egila Auriensis, Sisnandus Iriensis, Recharedus Lucensis, Theodesindus Britonēsis, & Elecca Casar-Augustensis Episcopus ibi interfuit. Igitur auxiliante Domino venit Rex ad statutum diem cum vxore sua, & filijs, & cum prædictis Episcopis, & cum vniuersis Potestatibus, siue & cum subscriptis Comitibus suis pernominitis, Aluarus Egunensis Comes, Veremundus Legionensis Comes, Sarracinus Astoricę, & Berizo Comes, Veremundus Torrensis Comes, Betorus indeza Comes, Ermegildus Tude, & Portugalle Comes, Arias filius eius in Minio Comes, Pelagius Bregācie Comes, Ordarius Castellæ & Aufcę Comes, Sylus Prucij Comes, Erus in Lugo Comes & cū istis omnibus omnis plebs Catholica, vbi facta est turba immodica ad vidēdum, siue & audiendum verbū Domini in prima die, quod erat Nōnas Maij anno. Incarnationis Domini

Episcopi qui affuerunt.

Comites totius Regni Alesonsi.

Quando osecratū est templū Dni Iacobi à 7. die Maij ab Incarnatione nuerat annum 879. qui est Æra Cesar. 918.

Æra

Si numerasset à natiuitate erit
 Æra 917. Æra DCCC.LXXIX. secunda feria deducebat animum ad Lunæ cursum IIII. Luna XI. consecratum est iam dictū templum à prædictis Pontificibus hoc ordine subscripto. In primis consecrauerunt altare in honorem Seruatoris nostri Iesu Christi, & ad dextrum prædicti altaris consecrauerunt altare in honorem Apostolorum Petri & Pauli; & ad leua iam dicti altaris consecrauerunt altare in honorem S. Ioannis Apostoli & Euangelistę. In altari quoq; quod est super corpus beati Iacobi Apostoli, quod consecratū fuerat à septem Discipulis eius, quorum nomina sunt hæc Calocerus, Basilius, Pius, Grisogonus, Theodorus, Atanasius, Maximinus, tamen nemo ex dictis Episcopis ausus fuit aliquid in eo agere, nisi tantū orationem, missamq; cantare. Peracta dies dedicationis prædicti Pontificis iussu Regis secus flumen Vllian, Montemque, qui ab antiquis vocatur Ilanarius consecrauerunt Ecclesiam in honorem Sancti Sebastiani Martyris, & ab illa die vsquæ hodiè vocatum est nomen eius Mons saccratus. His peractis abierunt omnes. Transactis itaq; XI. mēsisibus prædictus Rex vna cum vxore & filijs, & cum prædictis Episcopis, siue & Comitibus, & Potestibus venerunt Oueto, ad celebrandum concilium cum auctoritate Domini Papę Ioannis, & cum consilio Caroli Principis magni. Memorati itaque Episcopi Rege præfente & vniuersalis Hispaniæ concilium illis fauentibus Oueten-

sem urbem Metropolitanam elegerunt sedem, & in ea Hermegildum consecrauerunt Archiepiscopum. Et dixerunt. In festatione namque, & incurfione gentili extra Asturiarum Montes, nonnullis Præsulum à suis pœnitus sedibus pulsus; Nos vero in nostris nimum inquietati ad ipsam Domum Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi de hostium faucibus confugimus erepti, vbi ipsius protectione muniti ad eius laudem, qui nobis præsideat constituimus Archipræsulem, quo præfenti concilio præmissio triduoano ieiunio decernimus vnūquemque nostrum pastorali cura secundum Canonum instituta regere populum sibi commissum ad hoc sancimus vt consilio Regis, & optimatum Regni & Ecclesiæ plebis eligamus Archidiaconos boni nominis viros, qui per Monasteria, & parrochiales Ecclesias eundo bis in anno concilia celebrent, & lolium extirpando, gregem Domini prædicationis semina ministrant, ipsaque Monasteria, siue Ecclesias ita disponant, quatenus nobis fideliter rationem reddant. Si vero quispiam eorum negociū sibi commissum indignè, & fraudalenter tractauerit, Canonis sententię subiacebit. Tunc inquit prædictus Rex, rogandus est, itaque ipse Dominus noster Iesus Christus, vt omnes istas sedes supradictas tam populatas, quam etiam à gentibus dirruptas pia miseratione restituat, eisque tales Episcopos conferat, qui ei placeant, sedemque Ouetensem Metro-

*Ouetensis
 Ecclesia Me-
 tropolis cri-
 gitur anno
 Domini ab
 Incarnatio-
 ne 880.*

metropolitanam & præsidium habeant. Tunc inquit prædicti Episcopi. Nunc igitur quicumque in præfatis sedibus fuerunt Episcopi ad Concilium vocentur, eisq; in Asturijs mansiones singule de sede Sancti Saluatoris dentur, quibus quisq; sua necessaria teneat, nedum ad concilium tempore statuto venerit victus supplementum ei deficiat. Asturias enim patria tantum terrarum spatio, & distantia, ut non solum Christi Episcopis in ea singule mansiones possint attribui, verum etiam sicut prædictus Princeps Magnus Carolus per Theodolum Episcopum nobis significauit, Christi præsulibus ad vitæ subsidia valeant impendi singula loca, cum ad concilium celebrandum venerint; Tunc Rex inquit iterum. Vos ergo venerandi Pontifices in solitudine redactas restaurate sedes, & per eas ordinate Antistites; quia qui Domum Dei ædificat semetipsum ædificat; vnde Daniel loquitur dicens. *Qui ad iustitiam erudiunt multos: & quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Et Dominus in Euāgelio ait. *Gratis accepistis, gratis date.* In Asturiarū vero circuitu possuit Mōres firmissimos, Deus: & Dominus est custos in circuitu populi sui, ex hoc, nūc & usque in seculum; infra quorū Montium ambitum, quis quidem vix. X. dierum spatio valet, circuitu possunt, Christi Episcopi, mansiones singulas datas vobis ex sede Sancti Saluatoris obtinere, vestrisq; sedibus extra honestè prouideri. Tūc iterū inquit prædicti Pontifices. Roma namque ab

hominibus ædificata, simili modo plures habet Episcopos, qui foris præsent, & prouident decenter suis sedibus, quæ eis necessaria ministrant in ciuitatem orantibus; & Romano Pontifici famulantibus, cuius Romani Pontificis Ioannis iussu, & consilio congregati Oueti sumus. Quo sanè loco, ut præmissimus, montium munimine, manu Domini firmamento, si in Domo Domini Saluatoris nostri, eiusq; gloriosæ genitricis Mariæ Virginis, nec non & duodecim Apostolorum, quos ipse Dominus iussit Euāgelium prædicare, & Ecclesiam suam toto orbe terrarum congregare vera humilitate & fidei deuotione cōtinerimus; quemadmodū super ipsos Apostolos Spiritus Sāctus in igne descendit, eosque linguis varijs magnalia Dei loqui edocuit. Itaque ita procul dubio idē Spiritus Sāctus super nos veniet, qui nos doceat, & ignem suum cordibus nostris infundat, & gentes, quæ nos infestant, reprimat, nosque ad Cælorum regna perducatur. Si quis autem nostrum se obliuiscit concilij vnitatem subtraxerit; à vera & integra societate Sanctorum segregatus, pariterque anathemate cum Iuda Domini proditore, cū Diabolo, & Angelis eius in perpetuum sit damnatus. Modo ergo nos Episcopi vel reliqui Sacerdotes Ouetem sedem, quam Deus elegit, Metropolitanam collimus, ac proposse nostro fideliter erigimus, & sicut superius diximus, locis qui nobis ab ipsa sede per Asturias adtribuuntur, rei nostre

Princeps
Magnus Carolus
fuit

stræ rectos procuratores ponimus, & prædeterminato tempore ad Cōcilium Oueto recurramus. Dationem istam in fine libri huius inuenies eam, ea videlicet ratione manente, ut per ipsas sedes, quæ foris sunt communi consilio laboremus: in hac ciuitate videlicet Asturijs, quam Deus fortissimam fundauit, substantiam nostram reponamus, & contra hostes Sanctæ fidei concorditer dimitemus: nam Dominus & Saluator noster ad suorum fidelium refugium, & Ecclesiæ firmamentū, eam firmissimam elegit: in qua si omnis charitatis vinculo vincti fuerimus. ipso auxiliante aduersarijs nostris resistere, cāposq; defendere, ex quibus intus victum poterimus habere: Scriptum quippè est; *Ciuum concordia in hostes est victoria.* Tunc inquit Hermegildus Ouetenensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Hoc ergo reuerendi Episcopi vna cum Romanis Epistolis, vnusquisque vestrum diligenter scribite, & per concilia celebrate, legiteq;. Quod si aliter feceritis, & a nostro præcepto alienos vos habueritis, videte (quod absit) ne in iudicium Domini incurratis. His peractis iam dictus Rex surrexit, & fauentibus cunctis, qui aderant in concilio tam Ecclesiasticus ordo, quam secularis, subscriptam diocesim iure perpetuo tradidit Ouetenſi Ecclesiæ. In Gallicia Suarnam cum possessionibus Sancti Martini, & Sanctæ Mariæ de Villauoli, cum omnibus suis appendentijs, Vallem longam, & possessionem Sanctæ

*Ouetenſis
Ecclesiæ
diocesis.*

Mariæ cum omnibus suis appendentijs. Neram cum possessionibus Sancti Martini de Asperella, & Sancti Iacobi de Corias cum omnibus appendentijs earum: Flaniosam, & possessionem Sancti Martini de Perellinos cum omnibus suis appendentijs; Totam Sarriam, & possessionem Sanctæ Mariæ de Coruella cum omnibus suis appendentijs. Paramum vsque ad flumen Mineum; totam Lemostum, Vintio, & Verosino, & Sauiaino, & Froiane vsque ad flumen Sylum. Totam Luneam cum Ecclesijs de Patraio quæ ædificæ sunt, vel fuerint inter Ornorium flumen, & Sylum terminum Montis Baron, & per aquam Zore, vsque in fluuiam, & fundum Arnoies; & per ipsum discursum vsque in flumen Mineum. In Veza, vsque in Portellam de Vanati; & Ecclesias de Sallar inter Arnoiam, & Sylum cum Ecclesijs de Barrosa Castellani, & possessiones Sancti Saluatoris de Ilbasmosas cū Saucam, Baruanes, Aura, & Auion, Afina, Camba, Auiancos; & possessionem Ecclesiæ Sanctæ Crucis de Soto Senatori cum omnibus suis appenditijs, & sicut prædictā sedem hæreditauerunt nostri prædecessores, & Vandali Reges stabilierunt, ita nos eam præcipimus stare, & confirmamus. Tunc omnes, qui erāt in concilio vna voce dixerūt: placet, placet omnib;. De inde tractauerūt ea, quæ pertinet ad salutē totius Regni Hispaniæ; his peractis, solutoq; cōcilio abierūt vnusquisq; in sua cum gaudio.

*Soluitur
Concilium.*

Actum

Actum concilium XVIII. Kal. Iulij Æra DCCCC.X. Congregato magno exercitu ac triennio peracto Æra DCCCC.XL. vrbes defertas ab antiquis, populari Rex Iussit. Hæc sunt, Zemora, Septimancas, & Domnas vel omnes campi Gotthorum; Taurum namque ad populandū dedit filio suo Garseano. Interea sub æra Dcccc. xv. congregato magno exercitu Sarracenorum Zemoram prope-
rauit; Hæc audiens Serenissimus Rex congregato exercitu inter se dimicantes, cooperante diuina clementia deleuit eos vsq; in interneccionem; etiam Alkamam, qui Propheta eorum dicebatur, ibidem corruit, & quieuit terra in illis diebus, quo hostes solēt ad bella procedere. Rex congregato exercitu Toletum perrexit, & ibidem à Toletanis copiosa munera cœpit, & exinde reuersus cœpit gladio Castellum, qui dicitur Quintia lubel; partem gladio trūcavit, partem secum adduxit, atq; Carrionem venit, & ibidem seruū suum Adapinum à filijs suis trucidari iussit, eo quod cogitauerat in necem Regis: & veniēs Zemoram filium suum Garseanum comprehendit, & ferro vincitū, ad Castrum Gauzonem direxit: : focer quidem eius Munino Fredenandi Tyrannidem gessit, & rebellū parauit. Etenim omnes filij Regis inter se coniuratione facta patrem suum expullerunt à Regno Boides Villa in Asturijs conscendentem. Ipse autem causa orationis ad Sanctum Iacobum Rex perrexit, atque inde reuersus Astoricam

venit, atq; à filio suo Garseano petiuit vt adhuc vel semel Sarracenos persequeretur, & multitudo agmine adgregato multasq; strages fecit, & cum magna victoria reuersus Zemorā veniens morbo proprio discessit, & Astoricā simul cum vxore sua Domina Xemena sepultus est: pro quo exorandus est clementissimus Pater, vt cui tale Regnum tribuit terrenum. cœleste etiā accipere mereatur. Nūc ergo translatus est Oueto, vna cū vxore sua Xemena Regina sepultus quiescit sub aula S. Marię Dei genitricis. Regnavit autem an. 18.

GARSEAS REX.

A Æra DCCCC.XLVIII. A defonso ^{Rex Garsias} defuncto Garsea filius eius successit in Regno. Primo anno Regni sui maximum agmen aggregavit, & ad persequēdos Arabes properavit, dedit illi Dominus victoriam, prædavit, vstulavit, & multa mancipia secum adduxit, & adtraxit. In super Regem Aiolas gladio cœpit & dum venit in locum, qui dicitur Altrenulo negligentia custodū aufugit. Rex vero regnavit annos 3. menses 1. morbo proprio discessit, & Oueto cum alijs Regibus sepultus fuit Æra Dcccc. LII.

ORDONIVS .II. REX.

G Arseano mortuo, frater eius Ordonius, ex partibus Galliciæ veniens adeptus est regnum. Magnū interim agmen Cordubense vna cum Alcaide nomine Ablapaz ad Castellum Ripadorij, quæ dicitur Sancti Stephani, venit. Rex vero Ordonius hæc ^{Rex Ordonius huius nominis secundus.} audiens cum erat vir bellicosus magnus

Ecclesia Legionensis quæ extra muros civitatis erat intus apud terras reedificatur.

gno exercitu adgregato illuc festinus perrexit, & dimicantibus ad inuicem dedit Deus Regi Catholico triumphum: interfecit, & deleuit eos usque in Migentem ad parientem; ipsum quidem agmen cum suprascripto Alcaite corruit, & capite truncato, etiam alium ibi Regem grassum interfecit nomine Almotarrap; & reuersus est Rex cum magno triumpho ad sedem suam Legionensem. Tunc temporis Episcopales Sedes, in honorem Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli memoratæ erant urbis: & intus munitionem muri, erant tres domus, quæ terminæ fuerant Paganorum; & in tempore Christianitatis factæ sunt aula regalis; sed prædictus Rex Ordonius misericordia motus iussit Legionensi Episcopo frunimio cum Prouincialibus Episcopis translationem facere iam dictæ sedis in domos illas, quæ erant aula Regis. In prima domo altare consecrari fecit in honorem Sanctæ Mariæ semper Virginis cum omnibus Virginibus Sanctis. In secunda autem domo altare dedicare mandauit in honorem nostri Saluatoris cum omnibus Apostolis, & discipulis sanctis. In tertia domo altare ædificare iussit in honorem beati Ioannis Baptistæ cum omnibus Martyribus, siue & Confessoribus sanctis. Parata die dedicationis ex thesauro suo ornauit altaria prædicta ornamentis aureis & argenteis; deinde donauit ad ipsam sedem, ex suis regalibus hereditariis plurimis Villis, & Ecclesijs.

His peractis iterum Rex Cor-

dubensis cum alijs Agarenis Regibus & cum multis Sarracenorum exercitibus contra Regem Dominum Ordonium venit ad locum, qui dicitur Mudonia, & inter se dimicantes, ac prælium mouentes corruerunt ibi multi ex nostris: & ut ait Dauid. *Varij sunt euentus belli.* Ex hinc in anno tertio innumerabile agmen Sarracenorum venit ad locum, quem dicunt Mohis. Quo audito, Pampilonensis Garsea Rex Sanctij filius, *Garsea Rex Pam.* misit ad Regem Dominum Ordonium, ut adiuuaret eum contra acies Agarenorum. Rex vero perrexit cum magno præsidio, & obuiauerunt sibi in Valle, quæ dicitur Iuncarra, & ut assolet peccato impediens multi corruerunt ex nostris, etiam duo Episcopi Dulcidius Salmanticensis & Ermogius Tudensis ibidem sunt comprehensi, & Cordubam aducti. Pro isto Ermogio Episcopo ingressus est suprinus eius Sanctus Pelagius Cordubam. *Pelagius Martyr.* Deinde possuerunt eum in carcerem, qui postea peruenit ad Martyrium, quos Episcopos præfatos Rex Ordonius adhuc viuentes adduxit ad eum prædictus Rex cogitans, quatenus ista contraheret, congregatoque magno exercitu, iussit arma componi, & in eorum terram, quæ dicitur Sinitilia strages multas fecit, terram depopulauit: etiam Castella multa in ore gladij coepit. Hæc sunt Sarmolon, Eliph, Palmatio, & Castellion, & Magnanciam depredauit, siquidem & alia multa, quod longum est prænotare, in tantum ut vnius diei spatio non peruenit ad

ad Cordubam, exinde remeans cum magno triumpho Zemoram. inuenit Reginam Dominā Nunnam defunctam, ex qua genuit Adefonsum, Ramirum, & quantum habuit gaudium de triumpho, tantum gestauit tristitiam de Regine læto. Aliā quoque duxit vxorem ex partibus Galleciæ nomine Aragontum, quæ postea ab eo fuit spreta, quia non fuit illi placita, & postea tenuit inde confessionem dignam, & quidem Rex Ordonius, vt erat prouidus, & perfectus direxit Burgis pro Comitibus eandem terram regere videbantur, & erant ei rebelles; hi sunt. Mumus Fredenandi. Abolmondar alius, & eius filius Didacus, & Fredenandus Anssuri filius: venerunt ad Palatium Regis in riuulo qui dicitur Carrion loco dicto Teliare, & vt ait aggragabo cor Regum, & cursus aquarum in manu Domini. Nullo sciente exceptis consiliarijs proprijs, cœpit eos, & vinctos & catenatos ad sedem Regiam Legionensem secum adduxit, & ergastulo carceris trudi, & ibi eos necare iussit. Interea Nuntij venerunt ex parte Regis Garseani vt illuc pergeret Rex noster suprafatus ad debellandas vrbes perfidiorum: hæc sunt; Nagera, & Veguera. Rex vero iter egit cū magno exercitu, & expugnauit, & oppressit, atq; cœpit supradictam Nageram, quæ ab antiquo Tricio vocabatur; tunc sortitus est filiam eius in vxorem nomine Sanctiam conuenientem sibi, & cum magna victoria ad suam se-

*Vxor Ordo
nij Geluira
vocabatur.*

*Comites Ca
stella ab Or
donio inter
fecti.*

*Expeditio
facta con
tra Naiara
ram, & Vi
carum.*

*Naiara an
tiquitus
Tricius.*

dem venit. Regnauit in pace annos ix. menses sex, progrediens de Zemora morbo proprio dicepsit: & sepultus fuit in aula Sanctæ Mariæ semper Virginis sedis Legionensis Æra 963.

FROILANVS II. REX.

Ordonio defuncto Froilanus frater eius successit in Regnum, & duxit vxorem nomine Muniam Domnam, ex qua hos filios genuit Adefonsum, Ordonium, siue & Ranimirum, & genuit Accensiare, sed non ex legitimo coniugio, & propter paucitatem vero dierum, nullam victoriam fecit, nullos hostes exercuit, nisi quod Obtriant filiū Ol mundi nobilis sine culpa trucidare iussit, & vt dicunt iusto Dei iudico festinus regno carruit, quia Episcopum Legionensem nomine Fronimum post occisionem fratrum, abque culpa in exilium mittit, non memorauit Domicianum Imperatorem Beatissimum Ioannem Apostolum, & Euangelistam in exilium misisse, & idè iussu Dei à Senatu Romano interfectus est: non est veritus Dauid dicentis: *Nolite tangere Christianos meos, & in Prophetas meos nolite malignari:* & ob hoc adbreuiatum est Regnum eius, ac breuiter vitam finiuit, & plenus lepra dicepsit & sepultus est iuxta patrem suum Legioni; Regnauit autem anno vno, & mensibus duobus. Præfatus itaque Episcopus tunc Episcopatum recuperauit.

E AL

ADEFONSVS III. REX.
& Ranimirus II. Rex.

*Adefonsus
Rex.*

*Vulgo,
Viergo.*

*Monasteriū
sancti Facū
di: ordinis
dui Bene-
dicti.
Ranimirus
Rex.*

ARA DCCCC. LXIII. mor-
tuo Froilano Adefonsus fi-
lius Domini Ordonij adeptus est
sceptra paterna, & duxit vxorem
nomine Xemenam, ex qua ge-
nuit Ordonium malum: huic con-
sistenti in Regno voluntas euenit
arripiendi viam confelsionis: &
in illius operibus fatagens nūti-
os misit pro fratre suo Ramiro in
partes Virci, dicens, qualiter vel-
let à Regno discedere, & fratri
suo tribuere. Venit quidem Ra-
nimirus in Zemoram cum omni
exercitu magnatorum suorum,
& suscepit Regnum; frater qui-
dem eius properans ad Monaste-
rium in locū, qui dicitur Dōnos
Sāctos super crepidē Aluei Ceie.
qui Ramirus exercitum mouit ad
persequendos Arabes, Zemorāq;
ingressus nuntius illi venit, quia
frater eius Adefonsus ex Monaste-
rio progressus Legionem Regnū
esset iterum adeptus. Hęc audiēs
Rex ira commotus iussit in ton-
re buccinis, bibrare hastas, iterum
Legioni remeans festinus obsedit
eum, die ac nocte vsque quo illū
cœpit, & comprehenso, iuuet eum
ergastulo retrudi. Arte quidē fa-
cta magnates Asturiensium nun-
cios misserūt pro supradiçto Prin-
cipe Ramiro. Ille vero Asturias in-
gressus cœpit omnes filios Froila-
ni fratris Domini Ordonij, & Ra-
mirum secum adduxit pariterque
cum fratre suo supradiçto Ade-
fonsu, qui ergastulo tenebatur
conianxit & omnes simul in vnū

diem orbari oculis præcepit, re-
gnauerat quidem Adefonsus an-
nos septem, menses septem.

Æra DCCCC. LXXI. Rami-
rus secundò regnans, consilium
innuit cum omnibus magnatibus
regni sui, qualiter Caldeorum
ingrederetur terram: & congre-
gato exercitu pergens ad Ciuita-
tem, quæ dicitur Mageriti, con-
fregit muros eius & maximas fe-
cit strages, Dominica die, adiunā-
te clementia Dei, reuersus est in
domum suam cum victoria in pa-
ce. Legionem vero confedente, nū-
tius venit à Fredinādo Gundin-
falo, exercitus grādis qui propera-
bat ad Castellā. Quo audito exer-
tum mouit Rex, & obuiā illis exi-
uit in locū, qui dicitur Exoma, ac
nomen Domini inuocando acies
ordinare iussit, & omnes viros ad
bellum parare præcipit, diuina iu-
uante clementia dedit illi Domi-
nus victoriam, magnam partem
ex eis occidit, multa millia ca-
ptiuorum secum adduxit, & re-
reuersus est ad propriam sedem
cū victoria magna. Post hęc verò
Ranimirus congregato exercitu
Cæsaraugustā perrexit. Rex qui-
dē Sarracenorum nomine Abora-
hia, Regi magno Ranimiro colla
submissit, & omnem terram, ditio-
ni Regis nostri subiugauit; Abder-
rahamam Regi Cordubensi men-
titus est, & Regi Catholico cum
omnibus suis se tradidit. Rex ipse
noster, vt erat fortis, & potens
omnia Castella Aborahia, quæ
habebat infesta edomuit, & illi
tradidit, & reuersus est Legionē
cum magna victoria. Aborahia
vero

Æra 971.

Madrid.

*Rex Catho-
licus.*

vero iterum Regem Ramirum fe-
 fellit, & Abderrahamam pro pace
 misit, & iterum venerunt Sarra-
 ceni Cordubenses, fregerunt Sou-
 ros Coue. Postea Abderrahamam
 Rex Cordubensis cum magno exer-
 citu Septimacas properauit. Tunc
 ostendit Deus signum magnum in
 coelum, & reuersus est Sol in te-
 nebras in vniuerso mundo per vna
 horam. Rex vero noster Catholi-
 cus haec audiens illuc ire dispo-
 suit cum magno exercitu, & ibidem
 dimicantibus ab inuicem dedit Do-
 minus victoriam Regi Catholico,
 qualiter die 2. feria, imminente
 festo Sanctorum Iusti & Pastoris
 deleta sunt, ex eis LXXX. millia
 Maurorum, etiam & ipse Aborahia
 Rex Agarenorum ibidem a nobis com-
 prehensus est, & Legionem adue-
 ctus, & ergastulo trusus, quia me-
 titus est Domino Ranimiro Regis
 comprehensus est recto iudicio
 Dei. Illi vero, qui remanserant iti-
 nere arrepto fuga versi sunt Rege
 illos persequente. Dum ipsi peruene-
 runt ad urbem quae dicitur Alhan-
 dega a nostris ibidem comprehen-
 si & extincti sunt. Ipse vero Rex
 Abderrahamam semiuiuus euasit:
 unde nostri multa adtulerunt
 spolia, aurum videlicet & argen-
 tum, & vestes preciosas. Rex qui-
 dem iam securus perrexit ad domum
 suam cum victoria magna in pace.
 Deinde post duos menses Ezci-
 pham id est, exercitus ad ripam Tur-
 mi ire disposuit, & Ciuitates de-
 fertas ibidem populauit. Haec sunt
 Salmantica, Sedelantica, Castro-
 rum, Letesma, Ripas, Balucos Al-
 phandega, Perna, & alia plurima

Castella, quae longum est prae-
 terea. Tunc temporis populauit Ru-
 dericus Comes Amaya, & popula-
 uit Asturias in partes S. Iulianae.
 populauit Didacus Comes Bur-
 gis & Outinam periuersionem Re-
 gis. Populauit autem Comes Mo-
 ninus Mommoni Raudam, & Gun-
 disaluo Tellix, Oxomam, & Gun-
 dinsaluo Fernandiz Azcam, Glu-
 niam, & sanctum Stephanum. Po-
 pulauit autem Fernando Gundin-
 saluiz Ciuitatem, qui dicitur Se-
 ptempublica cum Dei auxilio.
 His peractis Fredenandus Gun-
 dinsalui, & Didacus Munon con-
 tra Regem Dominum Ramirum.
 Tyrannidem gesserunt, nec non
 & bellum parauerunt. Ille Rex ut
 erat prudens & fortis comprehen-
 dit eos & unum in Legionem, alte-
 rum in Gordone ferro vincitos car-
 cere trusus. Multo quidem tempo-
 re transacto iuramento Regi da-
 to, & omnia quae habebant, exie-
 runt ergastulo. Tunc Ordonius
 filius Ranimiri Regis sortitus est
 filiam Fredenandi, Gundinsalui
 in coniugio, nomine Vrrakam &
 Ranimirus, qui erat Rex mitis-
 simus ex Tarasia Regina cognom-
 ento, Florentina genuit Ordo-
 nium, Sanctium, & Geloiram. Prae-
 farus itaque Rex filiam suam Ge-
 loiram Deo dicauit, & sub nomi-
 ne eiusdem Monasterium infra
 urbem Legionensem mirae ma-
 gnitudinis construxit in honore
 sancti Saluatoris iuxta Palatium
 Regale. Alia quidem Monaste-
 ria in nomine Sanctae Andreae
 Apostoli, & Sancti Christophori
 Martyris aedificauit super ripam

*Rodericus
 Comes po-
 pulat Ama-
 yam modo
 Asturias de
 Santillana.
 Iterum Bur-
 gos populat
 Comitis Fre-
 dinandi fra-
 ter.*

fluminis Ezlæ, alium quidem super ripam Dorij sub nomine sanctæ Mariæ, semper Virginis ædificauit: Aliū etiam Monasterium in sua hæreditate propria ædificauit in nomine S. Michaelis Archangeli in valle de Ornia, cuius nomen est Destrianā. Nono decimo Regni sui anno, consilio inito, exercitū adgregato, perrexit euoluere Ciuitatem Agarenorum, quæ nūc à populis Talauera vocitatur, & bello inito, occidit ibidem ex Agarenis XII. millia, & asportauit VII. millia captiuorum, & reuersus est ad propria cum victoria, & tunc Ouetum ire disposuit, & illic grauitè egrotauit. Ad Legionē reuersus ab omnibus Episcopis Abbatibus valde exoratus, confessionem accepit, & vespere apparitionis Domini ipse se proprio Regno abstulit, & dixit, *nudus egressus sum de ventre matris meæ, & nudus reuertar illuc; Dominus sit adiutor meus; non timebo, quid faciat mihi homo.* Regnum obtinuit foeliciter in terra; & ut erat amator omnium, Regnum obtinet in cælo, amator Angelorum proprio morbo discessit, & sepultus fuit in Arcophago iuxta Ecclesiam S. Saluatoris ad Cimiterium quod construxit filiæ suæ Reginae Dominae Geloiræ. Regnavit autem annos XV IIII. menses duos, diebus XXV.

ORDONIUS III. REX.

Ordonius
Rex.
Regnavit

A Era DCCCC. LXXXIII. Ramiro defuncto, filius eius Ordonius sceptrā paternā est ade-

ptus, Vir satis prudens, & in exercendis, disponendisque exercitibus nimis sapiens: frater quidem eius nomine Sanctius consilio inito, vna cum abunculo suo nomine Garfeano Rege Pampilonensium, nec non & Fredenandus Gundisaluz Burgensium Comes, unusquisque cum exercitu suo Legionem accesserunt, qualiter Ordonium a Regno expellerent, & Sanctium fratrem eius in Regno confirmarent. Quo audito, Rex Ordonius satis exercitatus stetit, suasque Ciuitates defendit, & Regni sceptrā vindicauit, uxorem propriam nomine Vrracham filiam iam dicti Comitis Fredenandi reliquit. His supradictis remeantibus ad propria, aliam duxit uxorem nomine Geloiram, ex qua genuit Veremundum Regem, qui podagricus fuit. Ipse quidem Rex Ordonius magno exercitu adgregato, Galleciam edomuit. Olisbonam depredauit, & multa spolia simul cum captiuis secum adduxit, & sedem Regiam cum pace, & victoria rediit. Fredinadus vero supradictus qui focer eius fuerat, volens, nolensque cum magno metu ad eiusdem seruium properauit. Rex vero regnavit annos V. menses VII. proprio morbo vrbe Zemoræ discessit, & Legionē sepultus fuit iuxta aulam S. Saluatoris secus Sarco-phagū patris sui Ranimiri Regis.

SANCIVS CRASVS REX.

A Era DCCCC. LXXXVIII. Sancius Rex appellatus Ordonio defuncto, frater eius Crasus. San-

19. annos
ab an. 963
quō regna-
uit in Gal-
lecia, & fra-
ter eius in
Legione nu-
merus si-
vero ab an-
no quo fra-
ter eius re-
missit ei Re-
gnum qui
fuit Ara-
971. Regna-
uit duode-
cim annos.

Sanctius Ramiri filius pacificè apicem Regni sui suscepit, annoq; vno Regni sui expleto quadam arte exercitus cõiuratione facta ex Legione egressus Pampilonã peruenit iussus à suis amicis, vna cū cõsensu auunculi sui Garseani Regis ad Regem Cordubensem Abderrahamam ire iussus est. Omnes vero Magnates Regni sui cõsilio inito vna cum Fredenardo Comite Burgense Regem Ordonium malum elegerunt in Regnis Adelfonfi Regis, qui orbarus fuerat oculis cum fratribus suis. Fredenardus quidem Comes dedit ei filiam suam vxorem relictam Ordonio, Ramiri filio. Sanctius quidem Rex cum erat grassus nimis, ipsi Agareni herbam adtulerunt, & grassitudinem eius abstulerunt à ventre eius, & ad pristinam leuitatis astutiam redditus consilium inibit cum Sarracenis, qualiter ad Regnum sibi ablatum, perueniret, ex quo eiectus fuerat. Egressus Corduba cum innumerabili exercitu pergens Legionem, ac vbi terram Regni sui intrauit, & Ordonio auditum fuit Legionem per noctem fugit, & Asturias intrauit, & Regno quo ille carruit; Sanctius suscepit. Ingressus Legionem, edomuit omne Regnum patruum suorum. Supradictus quidem Ordonius ad Asturias proiectus Burgis peruenit, ipsum tūc Burgenfes muliere ablata cum filijs duobus à Castella Expulerūt, & ad terram Sarracenorum illum direxerunt. Ipsa quidem remanēs Vrracha nomine alio se sociavit viro. Adhuc Ordonius viuens in-

ter Sarracenos mansit, & eiulando pœnas persoluit, *Quia noluit benedictionem, inuenit maledictionem à Domino.* Tunc prefatus Rex vxorem nomine Tarasiam duxit, ex qua genuit filium quem Ramirum vocauit. Rex vero Sanctius Salubre iniit consilium vna cum vxore sua Regina Geloira, vt Nuntios mitterent Ciuitati Cordubę, vt peterēt corpus Sancti Pelagij Martyris, qui Martiriū acceperat in diebus Ordonij Principis sub Rege Arabū Abderrahamã *Æra Ccccc.lxii.* Et dum legatos vna cum Valasco Legionensis Episcopo illuc pro pace, & ipsius corpore S. Pelagij miserunt: Egressus Rex Sanctius ex Legione venit Gallecię, & domuit eam vsq; ad fluuium Dorij, ** In Tortina* Quo audito Gundifaluus, qui du- *gale.* xerat vltra flumen illud cõgregato magno exercitu venit vsq; ripam ipsius fluminis. Deinde missis nuntijs, & coniuratione facta, vt persolueret tributum ex ipsa terra, quam tenebat callide aduersus Regem, cogitās, veneni pocula illi in pomo dixerit; quod dum gustasset Rex sentit cor suum immutatum, silenter musitans festinus cœpit remeare ad Legionem: in ipso itinere die tertio vitam finiuit, & Legionem secus fratrem suum in Ecclesia Sancti Saluatoris sepultus fuit. Regnavit autem annos XII.

RANIMIRVS III. REX.

A Æra M. V. Sanctio defuncto *Ranimirus* filius eius Ramirus habens à *3. Reg.* Natiui-

Natiuitate annos V. suscepit Regnum patris sui, continens se cum consilio amitæ suæ Domnæ Ge-loirę Reginæ Deo deuote, & prudentissimæ. Habuit pacem cū Sar-racenis, & corpus Sancti Pelagij Martyris ex eis recepit, & cum re-ligiosis Episcopis in Ciuitate Le-gionensi tumulauit. Anno V. Regni sui. C. Clases Ro. Normanorū cum Rege suo nomine Gundere-do, ingressæ sunt vrbes Galleciæ, & strages multas facientes in gi-ro S. Iacobi Apostoli, Episcopum loci ipsius gladio perimerunt, no-mine Sifnandum: ac totam Galle-ciam deprædauerunt vsque quo peruenerunt ad Alpes montes E-zebrarij. Tertio vero anno remeã-tibus illis ad propria, Deus, quem occulta non latent, retribuit eis vltionem. Sicut enim illi plebem Christianam in captiuitatē mis-serunt, & multos gladio interfe-cerunt, ita & illi prius quam à fi-nibus Galleciæ exirent multa ma-la perpessi sunt. Interim Ramirus Rex duxit vxorem nomine Vrra-cham, illa quæ est sepulta Oueto. Comes namq; Gundinsaluus San-ctionis, in nomine Domini, & ho-nore Sancti Iacobi Apostoli, cu-ius terram deuastrauerunt, exiuit cum exercitu magno obuiam il-lis, & cœpit præliare cum illis. De-dit illi Dominus victoriam, & om-nem gentem ipsam simul cum Re-ge suo gladio interfecit, atq; cla-

Sifnandum.


Modo ze-brero.

Vrraka Re-gina sepul-ta Oueto.

fes eorum igne cremauit diuina adiutus clementia. Rex vero Ra-mirus cum esset elatus, & falsilo-cus, & immodica scientia positus, cœpit Comites Gallecię & Le-gionis, siue & Castellę factis ac vr-bis contristari: ipsi quidem Co-mites talia egrè ferentes callidè aduersus eum cogitauerunt, & Regem alium nomine Veremun-dum super se erexerunt qui fuit ordinatus in sede S. Iacobi Apo-stoli Idus Octobris, Æra M. XX. Quo auditu Ramirus ex Legio-ne ad Galleciam properauit. Rex vero Veremundus obuiã illi exi-uit in Portella de Arenas, & cœ-perunt acriter præliare, nullus ta-men eorum alteri cedens separa-ti sunt ab invicem. Ramirus vero reuersus est Legioni, ibiq; pro-prio morbo discedens XV. Regni sui anno vitam finiuit, & in De-strianam sepultus fuit. Interim Rex Alcorrexī cum multis ag-minibus Agarenorum per Portu-galensem terrã intrauit Galleciã, & Compstellam venit, & totam ipsam terram depopulauit. Ad Ecclesiam ergo siue & sepulchrū beati Iacobi cum magna audacia accedere voluit, sed Deo annuē-te territus redijt; sed Rex noster cœlestis non est oblitus Christianam plebem, misit in Agarenis infirmitatem ventris, & nemo ex eis vnus remansit, qui redderet in patriam vnde venerat.

Finit historia Sampiri Astor. Episcopi.

B R E.



BREVE COMPEN- DIVM, SEV PELAGII OVIENSIS EPISCOPI HISTO-

ria ex codice Gotthico qui Oueto seruatur,
& ab ipso Pelagio creditur
descripta.

VEREMUNDVS II. REX.



MORTVO
Ranimi-
ro, Vere-
mundus
Ordonij
filius in-
gressus est
Legionē,
& accepit

Regnum pacificè. Præfatus Rex
indiscretus & tyrānus per omnia
fuit: sine causa Domnum Gude-
destem Ouetensem Episcopum
cœpit, & in Castrum, quod dici-
tur Puma Reginæ in finibus Gal-
leciæ, per tres annos in vinculis
tenuit. Interea Saluator mundi
tantam siccitatem in terra dedit,
quod nullus homo arare, vel se-
minare potuit, vnde facta est fa-
mes valida in tota Hispania. Tunc
homines Deum timentes dixe-
runt Regi: Domine Rex, quidam

serui Dei visionem viderunt, &
dixerunt quod peccasti in Deum,
quando cœpisti Ouetensem Epi-
scopum, & quod non pluer, nec fa-
mes exhibit à Regno tuo, quousq;
soluas, & mittas in pace prædictū
Episcopum. Hoc audito, prædi-
ctus Rex misit nuntios ad Asto-
ricensem Episcopum Dominum
Xemenum, cui commendauerat
Ouetensem Ecclesiam, & misit
absolui præfatum Ouetensem E-
piscopum & restituit illum Eccle-
siæ. Ab illa die Dominus Iesus
Christus terrę pluuiam
dedit, & terra dedit fructum suū,
& expulsa fuit fames à Regno
suo. Deinde aliud deterius egit
tyrannus ille; Tres serui Eceleſiæ
Sancti Iacobi Apostoli, quorum
nomina sunt hæc: Zadonem, &
Cadonem, & Ausilionem, accusa-
uerunt apud eum falsò dominum
suum

E 4

suum

suum Adaulphum Episcopum crimine pessimo: Ille vero, ut erat indiscretus facile præbuit aures illi accusationi falsissimæ, & credidit, misitque nuntios velociter qui dicerent Iacobensi Episcopo, quod in die Ramorum palmarū, post consecratum Chrisma, à Cōpostella exiret, & in die Cœnæ Domini Ouetum ubi ipse erat veniret. Interim autem Rex iussit adduci Bobes indomitos quam plures ex quibus elegit vnum ferocissimum, quem teneri fecit, donec veniret prædictus Episcopus. Pontifex vero constituto die Ouetum venit; cui milites Regi dixerūt ut prius veniret ad Regē quam Ecclesiam intraret. Ipse vero fultus in Domino dixit. Ego prius ibo ad Regem Regum, & Saluatorem nostrum, & postea veniam ad tyrannum Regem vestrū, illico intrauit in Ecclesiam nostri

Miraculum Saluatoris, & induit se sacris Pontificalibus indumentis, & celebrato diuino misterio, sic ab Ecclesia indutus exijt, & ad locum ubi taurus erat ante fores Palatij Regis ubi fere omnes Astures conuenerant ad spectaculum venit. Tunc Rex taurum dimitti præcepit, ille autem velociter cucurrit, & cornua in manu Episcopi dimisit, & reuersus multos derisores interfecit, & postea siluas vnde venerat petijt. Episcopus itaq; ad Ecclesiam reuersus, cornua quę in manibus tenebat ante altare nostri Saluatoris proiecit, & Cadonem, & Auxilionem, & Zadonem excommunicauit, & orauit, & dixit: quod de femine orū vsq;

in finem mundi quidam essent leprosi, & alij cæci, & alij claudi & alij manci propter crimē falsum, quod imposuerant ei, & maledixit Regi, & dixit, quod in semine eius surrexisset palam cunctis viuentibus hoc scelus. Deinde Episcopus sacris vestibus exutus noluit ultra videre tyrannum illum, sed mansit ibi in eadem Sede, quatuor diebus, & secunda feria post Pascha ab Ouetocū suis exijt, & in valle Prauarensi ad Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ venit, & ibi mansit. Quo loco percussus infirmitate, corpus & sanguinem Domini sumpsit, & quarta feria illuscente die, spiritum Domino tradidit. Tunc sui, qui venerant cum eo statim feretrum fecerunt, in quo eum ad Ecclesiam ubi Episcopus fuerat, deportare voluerunt. Sed Rex noster cœlestis eum tam immobilem fecit, ut ad mille manibus hominum non posset aliquantulum moueri. De hinc, concilio accepto, in sepulchro lapideo optimo in sacrario, quod est in latere Ecclesię præfatæ Virginis Eulalię ad Aquilonem sepelierunt. Deinde reuersi sunt vnusquisque in propria. Aliud nefas, nefandissimus ille Princeps egit. Habuit duas nobiles vxores ex vna genuit Infantissam Domnam Geloiram, ipse Infans Ordonius ex Infantissa Fronildi Pelagij genuit plures filios, quorum nomina sunt hæc: Adefonsus Ordonij, Pelagius Ordonij, Veremundus Ordonij, Sanctius Ordonij, Xemena Ordonij. Ipsa Xemena ex Comite Munione Roderici genuit Comitem Rude-

Regis filij.

*Monasteriū
S. Zoili àe
Corrion.*

Rudericum Munionis, qui postea mortuus fuit in lite de Sacralias Prædictus etiam Princeps ex vna rustica fœmina nomine Velasquita filia Manteli, & Bellallê de Meresiuxta Montem Cooperanem genuit Infantissam Dominam Christinam. Ipsa autem Christina genuit ex Infante Ordonio filio Ramiri Infantis cæco plures filios, & filias .s. Adefonsum, Ordonium, Sanctiam Ordonij, & Cometissam Eldonciam, quæ fuit vxor Pelagij Froilæ, qui diaconus fuit, & genuit ex eo Comitē Pêtrū Pelagij, Ordonium Pelagij, Pelagium Pelagij, Munionem Pelagij, & matrē Suarij Comitissæ, & fratribus eius & Tarassiam Comitissâ, Carrionensem quæ ædificauit Ecclesiã S. Zoili. Prædictus etiã Princeps habuit duas legitimas vxores, vnam nomine Velasquitã, quam viuentem dimissit, & aliam nomine Geloiram, duxit vxorem, ex qua genuit duos filios, Adefonsum, & Tarassiam. Ipsam vero Tarassiam post mortem patris sui dedit frater eius Adefonsum in coniugio ipsa nolente cuidam Paganano Regi Toletano pro pace. Ipsa autem vt erat Christiana dixit Paganano Regi noli me tangere, quia Paganus es: si vero me tetigeris Angelus Domini interficiet te. Tunc Rex derisit eam & concubuit cum ea semel; & statim sicut illa prædixerat percussus est ab Angelo Domini: ille autem vt sensit mortem propinquam a se sibi, vocauit concubularios, & consiliarios suos, & præcepit illis onerare camellos, auro & ar-

gento, gemmis, & vestibus præciosis, & adducere illam ad Legionem cum totis illis muneribus. Quo loco illa in Monachali habitu diu permansit, & postea in Oueto obiit, & in Monasterio Sancti Pelagij sepulta fuit. Igitur propter peccata memorati Principis, & populi, Rex Agareus cui nomen erat Almanzor vna cum filio suo à Damielchet cum Christianis Comitibus exiliatis disposuerunt venire, & destruere, & depopulari Legionense Regnum. Cum verò audiissent & cognouissent Legionenses, & Astoricenses ciues illam plagam vêturam super eos cœperunt Ossa Regum, quæ erant sepulta in Legionem, & Astoricam, vna cum corpore sancti Pelagij, quod posuerunt super altare beati Ioannis Baptistæ. Quidam autem ex ciuibus Legionis leauerunt corpus Sancti Froilani Episcopi infra Pyrineos Montes in Valle Cæsar, & possuerunt eum super altare sancti Ioannis Baptistæ. Prædictus itaque Rex Sarracenorum, sicut disposuerat venit cum exercitu magno, & destruxit Legionem, & Astoricam, & Coiancam, & circum adiacentes regiones deuastauit; & Asturicam Galleciam, & Bericum non intrauit. Castella quædam scilicet, Lunam Aluam Gordonem capere non potuit. Corpora vero Regum condierunt, (de quibus prædiximus:) extra autem sepulchra ipsorum Regum, in prima techa, quæ est medium condierunt, corpora Adefonsi Regis, & eius vxoris Xemenæ Reginæ. In se-

*Ossa Regū
Ouero se-
pulta & ex
Legione
translata.*

cunda techa, quæ est ad dexterã partem, posuerunt corpora Ordonij Regis filij Adefonsi, & Xemenæ cum vxoribus eius Mumadonna & Sanctia. In tertiã vero techa sepelierunt corpora Ramiri Regis filij Ordonij & Mumadonnæ cum filijs eorum Ordonio Rege, & eius vxore Geloira Sanctio Rege, & eius vxore Tarasia. Ad leuam autem in secunda techa condierunt corpora Froilani Regis filij Adefonsi, & Xemenæ vna cum vxore sua Mumadona Regina. Et secus istos in tertiã techa, sepelierunt Reginam Geloiram dictã Casta filia Ramiri & Tarasie. Et in quarta techa, quæ est exelsa, sepelierunt Reginam Tarasiam vxorem prædicti Regis Ramiri ad caput, & ad Latus Mausolei Adefonsi Regis casti, condierunt ossa filiorum, filiarumque ex prædictis Regibus. Æra XXXV. Sed Rex cœlestis solita pietate memorans misericordiã suã vltionem fecit de inimicis suis: morte etenim quadam subitanea, & gladio ipsa gens Agarenorum cepit assiduè interire & ad nihilum quotidie deuenire. Præfatum etiã Veremundum Regem pro tantis sceleribus, quæ gessit percussit eũ Dominus podagra. Itaque deinceps nullum vehiculum accendere potuit, sed in humeris humilium hominum de loco ad locum gestabatur dum vixit, & in Verizo vitam finiuit, & in Villabona sepultus fuit, & post aliquot annos translatus est Legionem regnavit autem annos V.

Æra 1037
Moritur
Veremundus

ADEFONSVS V. REX.

ET adeptus est Regnum Æra M. XXXVII. Adefonsus eius filius qui nutritus est à Comite Menendo Gundisalui, & eius vxore Comerissa Dõna maiore in Gallecia, & dederunt filiam suã in cõiugio nomine Geloiram ex qua genuit duos filios Veremundũ, & Sanctiã. In his diebus Fredenandus filius Sanctij Crasi Regis duxit vxorem nomine Sanctiam filiam prædicti Regis Adefonsi. Tunc præfatus Rex Adefonsus venit Legionem, celebravitque concilium ibi cum omnibus Episcopis, Comitibus siue & potestatibus suis, & repopulavit Legionensem urbem, quæ fuerat depopulata à prædicto Rege Agarenorum Almançor, & dedit Legioni præcepta, & leges, quæ sunt seruandæ vsq; mundus iste finiatur: & sunt scripte in fine historiæ Regum Gotthorum, siue & Aragonensium. Regnavit annos XXVI. & interfectus est cum sagitta apud oppidum Veseum in Portugale. Sepultus est in Legionem cum iam dicta vxore Geloira.

Adefonsus
Rex Legionis.

Concilium
Legionenses.

Veremundus
Rex.

VEREMVNDVS III. REX.

